Germ. g. 191 f 4°

Ha 1

REGESTEN ZUR DEUTSCHEN GESCHICHTE

aus den

Handschriften der Marcusbibliothek in Venedig

bearbeitet von

Joseph Valentinelli.

II.

Aus den Abhandlungen der k. bayer. Akademie der W. III. Cl. IX. Bd. III. Abth.

München 1866.

Verlag der k. Akademie,
in Commission bei G. Franz.

Akademische Buchdruckerei von F. Straub.

117 — B.

10002255

BIBLIOTECA
FILOSIA
MAGISTRALIS

10002255

1494.
27 februarii.

Quinta feria ante Dominicam tertiam Quadragesimae (27 februarii) Balthasar Ranober, litteris sigillo Leonardi Kaczianari castellani in Gortslach roboratis, commendat Jacobo episcopo iustinopolitano, sedis aquil. vicario generali, Casparem clericum aquil., ex legitimo matrimonio procreatum, morum integritate commendabilem, ut possit ordinari ad titulum mensae et provisionis eius (Baltharis), quoadusque beneficio ecclesiastico provideatur. Docum. auth. (L. XIV, 101, n. 26.) **597.**

7 martii.

Ursus de Ursinis episcopus theanensis nuntiat pontifici se magnifice exceptum a rege Hungariae, cui communicavit quae clam illi erant referenda. (L. X, 178, n. 52.)

Inc.: „Ex quo ab urbe discessi, rarius scripsi v. beatitudini, quia quod scribendum censerem . . Budae, 7 martii, 1494.“ **598.**

26 martii.

Idem eidem significat Hungariae regis responsum circa differendum bellum in Turcas, ut et negotium reductionis Bohemorum ad gremium ecclesiae. (L. X, 178, n. 78.)

Inc.: „Aliis meis litteris significavi v. beatitudini die quinta presentis mensis Budam pervenisse . . . Bude, 26 martii, 1494.“ **599.**

1494.
19 aprilis.

Maximilianus rex mandat Marquardo Breisacher *consiliario et oratori nostro in romana curia*, vel Philiberto *naturali filii nostri Philippi ducis Burgundie* oratori, vel Johanni Brocardo magistro caeremoniarum, scribae apostolico, referat pontifici eum pacem conciliaturum inter reges Galliae et Neapolis, ne eorum discordia expeditioni in Turcas officiat; ante autumnum, cum exercitu, Croatiam versus iter sumpturum; inducias *cum perfidis Turcis* minime conciliandas; fratrem Soldani ideo captivum teneri ut successum expeditionis adiuvet; caute cum Turcis negotiandum, ad quos legationem mittet. (L. X, 178, n. 36.)

Inc.: „Acceptis litteris tuis cognovimus ea que in negotio confraternitatis fratrum s. Georgii . . . . Ex oppido nostro campidonensi, 19 april. 1494." **600.**

19 aprilis.

Idem cardinalium collegium exorat ut iis quae Marquardus Breisacher, suus ad eos orator, asseret de expeditione Turcarum, plenam praestent fidem. (L. X, 178, n. 8.)

Inc.: „Cum pro fidei et religionis nostre christiane tuitione, et patriarum tum nostrarum . . . Ex oppido n. campidon., 19 april. 1494."

Edita epistola in 'Principum Austriac. epistolae.' Venetiis, 1856, 4°. **601.**

mense maio.

Ad amplissimum p. Raimundum Peraud honoratissimum antistitem gurcensem, s. r. e. cardinalem C. Pauli Amalthaei carmen gratulatorium. (L. XII, 103, f. 2—8.)

Inc.: „Tarda quidem sed grata tamen pervenit ad aures
„Phama meas, alboque diem fulcire lapillo
„Jussit. . . . ."

Auctor qui Vindobonae funeri Friderici III, die 7 septembris ann. 1493 demortui adstitit, hexametris biscentum novendecim gratulatur episcopo gurcensi, cui cardinalatus die 22 aprilis anni 1494 delatus. Editum leges in 'Miscellanea di varie operette', Venezia, 1741, tom. I, p. 511. **602.**

1494.
1 iunii.

Orator de Ursinis nuntiat pontifici Paulum Kinisium invassise monasterium Petri Waradini, ac ex sibi adsignatis quodam oppidum tantum sibi attribuisse; *collectores* quosdam *s. Petri*, uti dicunt, pecuniam furatos esse et aufugisse. De cruciata in Turcas et oratoribus bohemicis pro re de communione sub utraque. (L. X, 178, n. 23.)

Inc.: „Tabellariorum raritas prestitit impedimentum ne sepe rescripserim beatitud. v., in presentiarum vero . . . Bude, 1 iunii, 1494.“ **603.**

24 iulii.

Augustinus Barbadicus dux Venetiarum, litteris patentibus, potestatibus, capitaneis, castellanis ec. venetis nuntiat conventiones cum Sigismundo Austriae archiduce *de facinorosis hominibus* invicem ad requisitionem unius partis remittendis habitas, cum Maximiliano Romanorum rege recens confirmatas. (L. X, 309, n. 17.)

Inc.: „Habebamus cum ill. domino Sigismundo Austrie ec. pro bona et laudabili vicinitate . . . . In ducali palatio, 24 iulii, 1494.“ **604.**

2 augusti.

Orator de Ursinis refert pontifici, Hungariae regem insistere pro dispensatione contracti matrimonii, consilarios sibi adhibentem Johannem olim episcopum waradiensem ac Johann. olim ep. cenadiensem. Fusius de actis ad matrimonium illud contrahendum, ac de causis allatis dispensationis. Aliquid de Turcis, cum quibus rex Poloniae inducias triennales pactus erat, ac de Bohemis quoad communionem sub utraque. (L. X, 178, n. 77.)

Inc: „Dum essem in itinere ex Cassovia versus Waradinum, redditum est mihi breve sanctit. v.... Waradini, 2 aug., 1494.“ **605.**

1495.
12 aprilis.

Pacta foederis ad annos vigintiquinque duraturi, conventa inter pontificem, Romanor. et Castellae reges, Venetiarum et Mediolani duces, vulganda solemniter die dominico Palmarum, scilicet 12 aprilis, 1495, conditionibus additis de vi militari cuiusque status, tutela mutua ec. (L. X, 309, n. 18.) **606.**

1495.
10 maii — 23 nov.

Litterae ducales undecim membranaceae, authenticae Augustini Barbadici principis Venetiarum ad Zachariam Contarenum et Benedictum Trevisanum, oratores apud Maximilianum Romanorum regem, a die 10 maii ad 23 novembris, 1495. (L. X, 304.)

Foedere inito Venetorum cum regibus Romanorum et Castellae, pontifice, duce Mediolani, senatus venetus oratores extraordinarios ad Maximilianum data opera mittit ut id respondeant quod Mediolani oratores, Maximiliano eadem eis proponenti ac Mediolani duci. Litteris autem instat sollicitent adventum in Italiam Maximiliani, qui copias interea contra Gallos pontificiae dignitati minitantes praemittat. Nuntiat hostes Novariam, loca quaedam s. sedis et Apuliae occupasse; Mediolani ducem et Hispaniae regem nihil omisisse ut pontifici subvenirent; hunc Urbem veterem recessisse; classem venetam Apuliam applicuisse, ad Gallos exterminandos. Addit, Maximiliano centum millia ducatorum petenti satisfieri non posse; instat demum oratores Romanorum confinia Gallorum, praesertim in Burgundia aggrediantur.

His litteris pars earum (dispacci) respondet quae sub numero 609. **607.**

26 septembris.

Maximilianus rex pontifici proponit *duo millia equitum et quatuor millia peditum ex his quos in Lombardia* habet, sub capitaneis Friderico Rapelar et Georgio de Petraplana missurum, dummodo eorum stipendia dimidia parte exsolvat; post festum purificationis Romam pro eius coronatione aditurum spondet. (L. X, 178, n. 7.)

Inc.: „Cum ex frequenti Helvetiorum accessu ad regem Francie intelligamus tam illustrem ducem Mediol. . . . Ex civit. nostra imperial. vormaciensi, 26 sept., 1495. **608.**

1495—1496.

Regesta litterarum *magnificorum et clarissimorum equitum, dominorum* Zachariae Contareni et Benedicti Trevisani, oratorum apud sereniss. Romanorum regem Maximilianum, in partes tres distributa. (I. VII, 799.)

Pars prima continet litteras fere quinquaginta, plerasque e Vormatia, a die 30 maii ad 26 iulii, exceptis quindecim praecedentibus, datis Paduae, Tridenti, Brixinae, Oeniponti, Ulmae a die 4 ad 23 maii, anni 1495. Pars altera regestorum habet litteras ultra quinquaginta, quarum trigintaseptem ex Vormatia, caeterae ex Francofurdia, Hallis, Nordlinga, a die 30 iulii ad 5 decembr. eiusdem anni. Utrique parti respondent litterae ducales num. 607. Tertiae parti insunt nonaginta litterae datae ex Nordlinga, Augusta, Francibus montium, Ulma, oppidis Brit et Lansperg, Oeniponto, a die 6 decembris, 1495 ad 3 iulii, 1496, ab uno Zacharia Contareno, qui earum prima nunciat duci Venetiarum die 6 decembris, Benedictum Trevisanum Nordlinga recessisse. Extremas tres diebus 27 et 28 iunii, ac 3 iulii, Oeniponto datas a Zacharia Contareno et Francisco Foscari oratore apud Maximilianum suffecto, editas leges in 'Archivio storico italiano', vol. VII, p. 733—746. Contarenus a legatione, ut in codice notavit eius a secretis, die quinta iulii eiusdem anni discessit. **609.**

1496.
10 ianuarii.

Leonellus de Clericatis episcopus concordiensis, legatus a latere Alexandri papae VI orationem habet Moguntiae coram Maximiliano. (I. VII, 419, p. 14—19.)

Inc.: „Non sine divino numine, Maximiliane caesar auguste, Romanorum respublica in eam amplitudinem brevi tempore crevit. . . 10 ian. 1496."

Auctor magnificat ea quae imperatores a primis usque temporibus in pontificatum praestiterunt, unde infert Alexandrum quoque papam a Maximiliano plura praestolari. In Turcas praecipue auxilium impetrat. **610.**

mense iunio.

Maximilianus rex nuntiat Augustino Barbadico duci Venetiarum, triginta millia ducatorum, trimestri sibi persolvenda, a Zacharia Contareno oratore veneto accepisse. Bellum finem sperat habiturum, quod ut facilius accidat, sex millia ducatorum aureorum intra tres hebdomadas petit a Venetis pro duobus Helve-

tiorum millibus conducendis. Interea Caspari Haller mercatori numerari a Venetis desiderat duodecim millia ducatorum, in deductionem summae triginta millium. (I. VII, 419, p. 108—109.)

Inc.: „Exemplum litteris tuis spectabili Zacharie Contareno oratori tuo proxime datis.. Ulme, mense iunio, 1496." **611.**

1496. mense iulio.

Eiusdem instructio data oratoribus Florentiam missis. (I. VII, 419, p. 182—184.)

Inc.: „Primo dicent cesaream maiestatem pro salute totius Italie ac demum pro commodo. . . "

Exponant desiderium esse Maximiliani expeditionem contra Turcas apparare; bellum regi neapolitano inferendi assensum datum Gallo regi, quem trans Alpes migrare coegit quod contra votum egerit. Urget oratores ut Florentinis exprobrent quod, cum ab imperatoribus privilegia eorum restaurata repetant, regi Galliae adeo faveant. — Oratores missi Ludovicus Brun et Walterius de Stadion. **612.**

11 augusti.

Carolus Galliae rex archiepiscopo moguntino et reliquis electoribus imperii. (I. VII, 419, p. 209—210.)

Inc.: „Vidimus exemplum quarundam litterarum quas carissimus frater et consanguineus noster... Ambosie, 11 aug., 1496."

Miratur rex de pecuniae summa a Maximiliano petita pro suo Romam profectu, coronationis gratia; se nunquam in Maximilianum, vel Mediolanenses, vel Venetos pravas intentiones aluisse; sibi esse iustam in Venetos querelam quod Siciliae partem detineant sub umbra pecuniae Ferdinando mutuatae; Fori novi pugnam Venetorum malitiae vertendam; Genuam sibi spectare; esse in animo sibi propria iura non imminuere, sed augere. **613.**

9 septembris.

Maximilianus rex queritur cum Augustino Barbadico duce Venetiarum, quod sint qui ei consulant ut se a liga retrahat; se Italiam accessisse ut a Gallorum servitute liberaret; obiurgat praestita anno praeterito auxilia; eum sperat ad meliora consilia

regressurum; asserit pecuniam ab eo petitam, non in proprios usus conversam, sed ad Italiam tutandam. (I. VII, 419, p. 228—230.)

Inc.: „Illustris . . . Non absque vehementi admiratione intelligimus aliquos in tuo senatu esse . . Ex Veglevano, 9 septembris 1496." **614.**

1496. 13 septembris. Idem significat eidem suum ad oras Liguriae profectum; se paratum Gallorum et Florentinorum conatibus obsistere, ac Liburni castellum in propriam ditionem oppugnare. (I. VII, 419, p. 248.)

Inc.: „Cum nostrum hunc ad Italiam adventum quem tu et alii nostri confederati unanimes . . Ex Viglevano, 13 sept., 1496." **615.**

19 septembris. Augustinus Barbadicus dux Venetiarum Maximiliano regi asserit litteras ab eo sibi datas die nona septembris, non ex optima eius mente emanasse sed ex aliquorum male instructorum consilio. Fidem promissis fatetur a Venetis servatam. (I. VII, 419, p. 230—231.)

Inc.: „Comperta nobis dudum summa et incomparabilis equitas, bonitas et mansuetudo . . . Ex nostro ducali palatio, 19 sept., 1496." **616.**

3 octobris. Leonardus palatinus Carinthiae, comes Tyrolis, Goriciae ec., nec non ecclesiarum aquileiens., trident. ac brixinensis advocatus locat Danieli de Zegliaco de Spilimbergo *duas postas* cum iure aedificandi molendina, *roias* et quidquid voluerit *super aqua Isontii* versus Goriciam, eo ut annuatim solvat ducatos auri duos, unum pro unaquaque *posta*. Goriciae, 3 octobris, 1496. Docum. authent. (L. XIV, 101, n. 168.) **617.**

1497. 16 februarii. Conradus de Rietberg episcopus osnabrugensis dolet coram pontifice quod Hermannum Tulemann et Guntherum Bunauss miserit commissarios cum mandato revocandi indulgentias quas

iam Peraudus in Germania et Dacia distribuerat, ac in eo erat ut pecunias colligeret pontifici mittendas, praecipue *ad debellandum atque fugiendum quendam Buccolinum Auximanum.* Conqueritur commissarios corruptis moribus scandalo esse universim. (L. X, 178, n. 76.)

Inc.: „Cum de mense aprili proxime preterito ad preces et informationes rev. dom. Raymundi Peraudi . . In castro nostro Yborg, 16 febr., 1497" (?). **618.**

1497. 15 aprilis.

Magister civium, consulatus et communitas oppidi Wissenburg, nationis german., spirensis dioeces., *iuxta Elsaciam*, in partibus Reni, conqueruntur cum pontifice, quod eorum monasterio a nongentis plus annis a Dagoberto Franciae rege basilice extructo quidam *Joannes Trota externae nationis advena* obsit, depraedationibus non intermissis. (L. X, 178, n. 63.)

Inc.: „Novit sanctitas v. ex relatione novi electi abbatis venerab. monasterii in Wissenburg, ordinis s. Benedicti . . . Wissenburg, 15 apr., 1497." **619.**

18 maii.

Joannes Dominicus de Yperies, artium liberalium et philosophiae doctor, cocus Vladislai regis, etsi ex coquina plurimum lucri trahat, hunc rogat ut *ob corpusculi sui debilitatem*, modum honeste vivendi Venetiis exhibeat. (L. XIV, 627, f. 93.)

Inc.: „Quamvis in curia sereniss. principis et d. d. Vladyslai Ungariae, Bohemieque regis . . . Pragae, feria 4 post festa Pentecostes (18 maii), 1497." **620.**

20 maii.

Philippus archidux Austriae, dux Burgundiae, ec., cum animadverterit esse qui impetrent bullas expectativas, provisiones, rescripta in collatione beneficiorum, praelaturarum, dignitatum ec. nec non monitoria poenalia a curia romana, proptereaque magnam pecuniae vim ex Brabantia, in praeiudicium eorum populorum exportent; praecipit *nostro villico lovaniensi, seu eius locumtenenti*, gravioribus poenis constitutis, ne sit qui iis

documentis utatur, donec *melior regularitas et ordinatio* super ea materia facta sit. (L. XIV, 100, f. 24—25.)

Inc.: „Sicut alias ad obviandum magnis abusibus et iniusticiis quas multe persone . . . In oppido nostro brugensi, 20 maii, 1497.“ Publicat. Lovanii, 16 iunii, 1497. **621.**

1497. 24 iulii

Oratores apostolici Maximiliano regi nuntiant nullam pacem cum rege Francorum sperandam, nisi quae, exercitu bene parato, quaesita. (L. X, 178, n. 114.)

Inc.: „Acceptis nuper binis litteris vestre sanctit., auditaque rev. dom. Concordie Clericati eius legati relatione . . . Imst, 24 iulii, 1497.“ **622.**

1 augusti.

Peraudus cardinalis cum Leonello Clericato concordiensi legato dolet de detractionibus contra se ab eo, etiam apud principes, prolatis. (L. XIV, 99, f. 56.)

Inc.: „Etsi hactenus reputavimus v. rever. non ignorare quod inter omnium genera vitiorum . . . Ex monasterio de Stamps, 1 aug., 1497.“ **623.**

25 septembris.

Idem refert pontifici se iturum cum Alberto Bavariae duce ad diaetam Lincii; faveat Alberto regis Romanor. familiari. Instruit de insolentia et scandalis unius canonici herbipolensis qui *anno superiori fecit tale scandalum contra commissarios regios,* damnum intulit sanctae sedi de quatuor millibus ducatorum: ideo in carcerem sit detrusus. (L. X, 178, n. 120.)

Inc.: „Nulla adhuc sunt nova: quod rex Hungariae discesserit de oppido in quo residet vocatus Buda . . . Ex Patavia, 25 sept., 1497“ (?). **624.**

1497—1499.

Epistolae fere centum quadraginta, latinae pleraeque, authenticae, quarum partes per notas exscriptae, quas Leonellus Clericatus episcopus concordiensis et Alexandri papae VI ad Maximilianum orator, pontifici, a mense ianuario 1497 ad decembrem 1499, ex faucibus Sveviae augustensis, Oeniponto, Hallis brixi-

nensibus, Friburgo, Colonia, Argentina, Moguntia, Ulma, Ambasia, Constantia, Tridento, Roboreto dedit. Iis interseruntur quaedam Maximiliano, episcopo castrensi oratori regis Francorum, Lucae de Renaldis ex Portunaonis a secretis Maximiliani, Ludovici Bruni episcopi caputaquensis, a secretis pontificis; ut et eorundem ad Clericatum responsa: desunt quae anno 1496 ab eo redditae, cum quadriennio apud Roman. regem in Germania degerit. (L. XIV, 99—100.)

Quae potiora legatus pontifici refert, ea sunt: de Philippo Maximiliani filio, quem rex in spem Gheldriam recipiendi erigebat, primoribus eius status Antuerpiae in id congregatis; de conventibus nationis germanicae Friburgi, Vormatiae, Coloniae, Uberlingii, Sterzingii, Brunekii; de bello in Turcas apparando, quod omnes ad Maximilianum legati vividioribus votis urgebant, praesertim sedis apostolicae, Venetiarum, Hungariae, Poloniae; de truculentissimo bello helvetico, cui declinando, pacem, duce Mediolani intercedente, Maximilianus componit. Quos auctor passim nomine vocat sunt Joannes Zuffatus et Joannes Jacobus de Mathelica sibi a secretis; Henricus Prunsich, Georgius a Turre et Marquardus, ille praefectus exercitus, alter orator, tertius consiliarius Maximiliani; dux Consalvus Fernandus; Ludovicus Sfortia; cardinalis gurcensis; Christophorus Maurus provisor venetus Roboreti; comes Pitiliani; Franciscus de Montibus, orator neapolitanus; Nicolaus de Rosis orator Poloniae; doctor Joannes Menechin; Herasmus Brascha capitaneus Tergesti, Robertus de Marcha et Gratianus de Gerra capitanei.

Etsi Clericatus res in ea legatione a se gestas Maximilianum probasse, facto quoque animadverteret, quod eius consilarius electus fuerit, tamen ubi praesensit regis esse desiderium ut a curia recederet, anno 1499 Tridentum, dimidio mensis septembris, serius Roboretum usque ad decembrem secedit, legationis negotia in regis aula per doctorem quendam expediens, donec pontifex mense decembri indulget ut ad ecclesiam concordiensem, sibi ab anno usque 1488 commissam regrediatur. Eius redditum testantur epistolae iisdem codicibus mss. insertae pontifici, Portugruario

et Cordevado, mensibus martio et aprili anni proxime insequentis datae. **625.**

1498. Maximilianus rex statibus dominiorum Burgundiae, Antuerpiae congregatis exponit curas quibus a Caroli Burgundiae ducis obitu (1477) ivit obviam, ut Burgundiam austriacae domus possessionem contra *Francigeras fedigrafos* pro filio suo Philippo defenderet: momentis historicis eius ducatus expositis, eos status excitat ut consilium et auxilium praestent pro earum terrarum recuperatione et securitate. (L. XIV, 100, f. 30.)

Inc.: „Dilecti et speciales, in finem ut vos homines intelligere possitis clare magnam . . Ex nostra civitate . . . 1498.“ **626.**

5 septembris. Idem legato Clericato gratias refert quod gratulatus fuerit de pace inter filium Philippum ducem Burgundiae et Ludovicum Francorum regem composita. (L. XIV, 99, f. 265.)

Inc.: „Intelleximus eas litteras quas super pace inter nos et illustr. Philippum archiducem Austrie, ducem Burgundie . . Ex nostra civ. Columbaria, 5 septembris, 1498.“ **627.**

6 novembris. Vladislaus rex Hungariae et Bohemiae, Clericato significat, in rebus fidei defensionem contra Turcas concernentibus, misisse ad diaetam vormatiensem oratores suos Antonium episcopum nitriensem et Josam de Som comitem themesiensem, quos velit libenter audire. (L. XIV, 100, f. 26.)

Inc.: „In certis rebus arduis, precipue autem defensionem fidei . . . Bude, 6 novembris, 1498.“ **628.**

1499.
23 aprilis. Brunus Ludovicus astensis, electus aquensis respondet Clericato sciscitanti quo loco possit Roman. regem accedere, eum in praesens ad bellum perrecturum; ex illius consilio legatus Ulmam se transferat, ubi regem conveniet. Se quoque eodem tendere affirmat. (L. XIV, 100, f. 51.)

Inc.: „Hoc vesperi cum a domino Ludovico Roraio percepissem vestram rever. paternitatem scire cupere an . . Friburgi, 23 april., 1499.“ **629.**

1499.
25 aprilis.

Capitanei confoederatorum veteris ligae Alemanniae superioris Augustinum Barbadicum ducem Venetiarum instruunt, quinquies devicisse inimicos a rege Romanorum in illos concitatos: animadvertat reipublicae venetae salutem in discrimen adduci ubi eundem de iis triumphare contigerit. (I. VII, 420, p. 519—520.)

Inc.: „Cum rebus in adversis amicitiae consistat probatio, nec aliquid amabilius . . In campo regionis Wallgeuch, 25 aprilis, 1499.“ **630.**

4 maii.

Oratores magnae ligae confoederatorum Alemanniae superioris grates agunt duci Venetiarum pro benevolentia quam Veneti erga subditos ligae *grisae* demonstrarunt. Nuntiant victorias ab iis de militibus Tyrolis relatas; confidunt Venetos non destituros ab opere in commune commodum praestando.

Inc.: „Laudaverunt apud nos nobiles et spectabiles confederati, nostri dilectissimi prefecti . . . Urbis thuregiensis, 4 maii, 1499.“ **631.**

8 maii.

Laurentius de Bibra episcopus herbipolensis commendat duci Venetiarum Conradum de Schaumburg marescalcum, Vegislaum de Wolffkele, Conradum de Keve, Joannem de Bibra, Conradum de Grujubach, Marcum de Berlichingen, Philippum de Lapide, in Judaeam navigaturos, Christi sepulchrum ut visitent. (I. VII, 420, p. 478.)

Inc.: „Veniunt ad urbem vestram viri quidam ex ipso meo ducatu, moribus et ortu nobiles . . . Herbipoli, 8 maii, 1499.“ **632.**

12 maii.

Capitanei et consules trium ligarum ec. duci Venetiarum idem ac in epistola 25 aprilis repetunt. (I. VII, 420, p. 520.)

Inc.: „Auditum fore non ambigimus Romanorum rex quemadmodum nos ob causam . . . Thauregii, 12 maii, 1499.“ **633.**

1499. 16 iunii

Cardinalis gurcensis (Raymundus Peraudus) duci Venetiarum confirmat religionis christianae tutelam nullum alium principem sic insumpsisse ac Veneti, qui annos supra viginti contra infideles Turcas, nullo opitulante, decertarunt. Memor beneficiorum eidem collatorum cum per Venetorum dominium itineratus esset, profitetur se quaeque acturum ut venetae reipublicae bonos servetur. (I. VII, 420, p. 596.)

Inc.: „Accepimus litteras excellentiae vestrae per magnificum eius oratorem d. Paulum Capello. . . Romae, 16 iunii, 1499.“ **634.**

17 iunii.

Creslaus episcopus wladislaniensis et regni Poloniae cancellarius, quod Marco Dandulo patricio Veneto non antea scripserit, dat causam curis pro reparatione sui episcopatus ac pro alienis rebus gerendis. Turcas magno belli apparatu versus Graeciae insulas expediri refert. (I. VII, 420, p. 679.)

Inc.: „Quamvis diu nil scripserim mutuo nobis, tamen ego non minori benevolentie studio cupio videre . . Ex castro Ragansek, 17 iunii, 1499.“ **635.**

22 iulii.

Carolus episcopus castrensis, Galliarum regis apud Maximilianum orator, nuntiat Clericato, omnia se egisse Coloniae, Argentinae et Landech ut pacem inter regem suum et Maximilianum componeret, praesertim hoc loco extremo Maximiliano suadens ut cum Helvetiis pacem iniret. (L. XIV, 100, f. 71.)

Inc.: „Gratissime fuerunt mihi littere paternitatis vestre mihi ob recommendationem veteris amicitie . . Ex oppido Bauch Horem, 22 iulii, 1499.“ **636.**

2 augusti.

Maximilianus rex Clericato significat Oeniponti regentes et consilarios ei responsuros super articulis Landeck sibi propositis,

et quibusdam eius reditum Romam versus attingentibus. (L. XIV, 100, f. 78—79.)

Inc.: „Comisimus fidelibus nostris dilectis N. regentibus et consiliariis . . . Constantie, 2 aug., 1499."

Edita in 'Principum Austriacor. epistolae', Venetiis, 1865. **637.**

1499. 14 augusti.

Huic respondet Clericatus, eum deprecans ut mandatum sibi factum Romam citissime redeundi, differat aliquantisper.

Inc.: „Die 11 presentis mensis reddite mihi sunt littere maiestatis vestre . . Eniponti, 14 aug., 1499." **638.**

29 septembris.

Augustinus Barbadicus dux Venetiarum, ubi Turcae non obstante pace firmata, Dalmatiam et Graeciam invaserunt ac Neopactum occuparunt, mittit legatum ad regem Hungariae eo ut foederi accedat quod respublica Veneta cum pontifice, rege Gallorum et duce Mediolani ferierat. (I. VII, 420, p. 1004—1005.)

Inc.: „Anhelans et ambiens immanissimus Turcus christiani nominis hostis et Christianorum sanguinis . . . Ex n. ducali palatio, 29 sept., 1499." **639.**

28 octobris.

Clericatus Maximiliano regi communicat damna a Turcis christianae reipublicae parata, ac orat ut in magno periculo suppetias ferat. (L. XIV, 100, f. 136.)

Inc.: „Acceptis litteris sacre maiestatis v. datis in Inspruck die septima presentis mensis . . Roveredi, 28 octobris, 1499."

Eadem, mutatis mutandis, ad principes electores imperii incipit: „Credo non latere rev. d. v. rempublicum christianam eo in statu nunc positam esse." **640.**

9 novembris.

Maximilianus rex Clericato significat se brevi pontifici responsurum super hiis quae ab eo orator quaesierat, se ad expeditionem in Turcas paratum, dummodo ii ad quos non minus pertinet, non desint. (L. XIV, 100, f. 155.)

Inc.: „Accepimus litteras tuas et una cum iis breve ss. domini nostri pape . . . Inspruck, 9 novembris, 1499."

Edita in 'Princip. austriacor. epistolae', Venetiis, 1856. **641.**

1499.
14 novembris.

Clericatus instat apud Maximilianum regem ut opem ferat Italiae contra Turcas. (L. XIV, 100, f. 148.)

Inc.: „Maxime ac recentes accepte a Turcis clades, admirandique apparatus . . Roveredi, 14 novembris, 1499."

Eadem fere ad principes electores imperii incip.: „Excitatus summus pontifex non solum maximis ac recentibus acceptis . ." **642.**

1500.
2 maii.

Romani imperii electores, cum intellexerint regem Galliae propter exortas super quibusdam provinciis differentias, Maximiliano regi tanquam archiduci Austriae bellum indixisse, nuntiant ei brevi oratores praemissuros, ne christianae reipublicae tranquillitas, Turcis praesertim minitantibus, in periculum adducatur. (I. VII, 421, p. 263—264.)

Inc.: „Nos ad sacri Romani imperii civitatem Augustam per seren. principem dom. Maximilianum . . accersiti . . In conventu regio augustensi, 2 maii, 1500." **643.**

2 maii.

Idem eidem commendant Mediolani ducem, quem in calamitate sua, regali favore tractare velit, quousque oratores regis Romanorum eius mentem Galliae regi exposuerint. (I. VII, 421, p. 264.)

Inc.: „Ex relatione quorundam intelleximus D. Ludovicum Mediolani ducem captum . . . In conventu," ut supra. **644.**

Maximilianus rex, per conventum augustanum, se excusat cum Wladislao Hungariae et Bohemiae ac Alberto Poloniae regibus, ab expeditione una cum eis in Turcas insumenda, quod coactus sit aliis hostibus obsistere, praesertim Galliae, *qui non contentus victoria Mediolanensis ducatus, totam Italiam et hodierno die Pisas et Senas occupare intendit.* Nuntiat pro-

fecturam in dies legationem ad Galliae regem pro pace firmanda ut dein de modo tractetur expeditionis in Turcas suscipiendae. (I. VII, 421, p. 713.)

Inc.: „Quantum ad id quod prefati sereniss. reges per supradictum oratorem suum a cesarea maiestate petunt . . Auguste, 1500." **645.**

1500. mense maio.

Gotheri comitis de Fonsalica, oratoris hispani apud Maximilianum, notitia eorum quae Ulmae, incipiente maio 1500 acta sunt super conclusionibus ligae, legato hispano mediante, inter Maximilanum et oratores *apostolicum* Clericatum, *neapolitanum* Franciscum de Montibus, *mediolanensem* Herasmum Brascha. (L. XIV, 100, f. 182—185.)

Inc.: „In principio maii, in diversis diebus, in civitate Ulme, maiestas dom. regis Romanor." **646.**

mense iulio.

Francisci Carduli narniensis oratio ad Maximilianum augustum, in conventu vindelico principum germanorum dicta pro libertate Italiae, sive pro Ludovico Sfortia Mediolani duce, anno jubilei (1500), mense iulio. (L. XI, 124, fol. 16.)

Inc.: „Si quis forte miratur, auguste cesar quid sit quod Italia per tot secula, tot eminentium oratorum . ."

Sub fine carmen hexametrum inscriptum: *Alloquitur Italia Maximilianum cesarem augustum*, sic incip.: „Illa ego terrarum caput insuperabile quondam."

Perelegantem codicillum membranaceum octodecim foliorum exornant litterae principes coloribus et auro affabre illitae, nec non insignia cardinalis Ascanii Mariae Sfortiae vicecomitis. Leander Pelagallus perusinus, prothonotarius et cubicularius apostolicus dicat opellam *quam quadriennio et amplius occului et suppressi quod mihi e Germania missa fuit, ea lege ne publicaretur.* Quantum laudis auctori sit tribuendum, abunde testatur epistola quae praecedit, eiusdem Maximiliani, quam ineditam quoque publici iuris faciendam aestimo.

„Maximilianus Roman. rex semper aug. sereniss. Friderico Sicilie et Hierusalem regi, fratri carissimo. Egit apud nos et illustrissimos sacri Rom. imperii principes causam italice libertatis, ex officio sibi a nobis delegato Franciscus Cardulus narniensis, secretarius noster, oratione copiosa et gravi: qua omnium iudicio tantam est laudem consecutus, quantam in Germania fortassis unquam nemo. Qui cum regnum quoque serenitatis tue, quam speciatim demereri obsequio studuit, ab omni prohibendum iniuria persuaserit, non indigna nobis visa res est ut hoc ei notum faceremus; quo intelligat nos, etsi rebus italicis animum iamdudum intenderamus, tamen illius actione permotos una cum iisdem principibus expeditionem pro Italia decrevisse. In Augusta Vindelica civitate nostra imperiali, die XV iulii, MD.“ **647.**

1500. 10 augusti. Magnus Turca conqueritur cum rege Hungariae quod dux Venetiarum, *qui antea ex corde et recte ei servivit amicus*, postmodum *iniquis servitiis indigne Turcas offendere inceperit*; eapropter refert Mothonem, die sexta iulii, magno belli apparatu, accessisse; mari terraque obsedisse; tandem, post validam pugnam et ingentem caedem, eam civitatem munitam proprio imperio die nona augusti adnumerasse narrat. (I. VII, 421, p. 584—586.)

Inc.: „Scribit excellentia imperialis intentionem hanc et eadem gratia Dei . . Mothonis, 10 augusti, 1500.“ **648.**

20 augusti. Augustinus Barbadicus dux Venetiarum regibus Hispaniarum condolet de morte principis Lusitaniae nepotis et Hispaniarum infantis. (I. VII, 421, p. 484.)

Inc.: „Posteaquam ex multorum litteris tristissimum nuncium de immaturo obitu unici nepotis . . Venetiis, 30 augusti, 1500.“ **649.**

10 septembris. Wladislaus II Hungariae rex grates agit pontifici pro eius controversia matrimoniali dirempta; promittit se treguas et conditiones quas habet cum Turcis e medio sublaturum, statim ac

ei constet de concordia principum in eosdem Turcas profligandos, ne ipse *ab auxiliis desertus tam truculentissimum hostem in se convertat.* Gratias quoque agit quod pontifex eius supplicationibus indulgens promiserit in proximo consistorio Thomam archiepiscopum strigoniensem in cardinalium coetum assumpturum. (I. VII, 421, p. 712—713.)

Inc.: „Etsi diebus his superioribus, cum per meas tum reverend. dom. Casparis episcopi calliensis . . . Bude, 10 septembris, 1500." **650.**

1500. 19 septembris. Maximilianus Roman. rex condolet duci Venetiarum de Mothonis expugnatione: confidit concordibus tandem principum voluntatibus, expeditiones in Turcas paraturum. (I. VII, 421, p. 604—605.)

Inc.: „Miserabilis illa calamitas et Mothoni oppidi tui expugnatio quam litterarum tuarum . . Staniach, 19 septembris, 1500." **651.**

28 septembris. Alexander papa VI, occasione ex Mothonis excidio et civitatis Corone occupatione capta, Wladislaum Hungariae et Bohemiae regem excitat ut quam citissime arma contra Turcas moveat. Nuntiat eodem die archiepiscopum strigoniensem in album cardinalium cooptasse. (I. VII, 421, p. 695—697.)

Inc.: „Frequentibus litteris venerabilis fratris Casparis episcopi calliensis oratoris istic nostri intelleximus . . . Rome, 28 sept., 1500." **652.**

18 novembris. Alexandri papae VI instructiones datae cardinali rhegino (Petro Isuelles), legato ad reges Hungariae, Bohemiae et Poloniae, praesertim de bello turcico promovendo. (L. IX, 42, f. 116—126.)

Inc.: „Cum res impiissimorum Turcorum, sicut palam est omnibus, cum aperto totius christianitatis . . . Rome, 18 novembris, 1500." **653.**

Eiusdem instructiones datae cardinali gurcensi, ad Maximia-

lianum, principes electores et nationem germanicam legato, in eodem argumento. (L. IX, 42, f. 127—133.)

Inc.: „Cum res“ ec. fere ut in superiori. **654.**

1500.
24 decembris.

Cardinalis gurcensis duci Venetiarum significat se omnia movere ut ei Germaniae ingressus prohibitus tandem pateat; minime desistere litteras pluribus principibus dare ut cruciatam in Turcas suscitent. Inter angustias et rerum inopiam se obstrictum Roboreti vivere asserit. (I. VII, 421, p. 887—888.)

Inc.: „Longe anteaquam ab urbe migrarem, previdimus quod nobis evenit in legatione . . .“ (Roboreti, 24 dec., 1500.) **655.**

30 decembris.

Dux Venetiarum respondet cardin. gurcensi curarum quas legatus apud imperatorem subit se factum certiorem a dom. Accursio, regis Galliae apud Venetos oratore. Pergat cum fervore in incoeptis, nec *desistat ab eo quod sapienter scribit et memorat.* (I. VII, 421, p. 894—895.)

Inc.: „Ex Rovereto oppido nostro, rev. dom., vestre littere ad nos delate sunt quibus sumptos per eam labores . . . In ducali palatio, 30 dec., 1500.“ **656.**

1501.

Galliae rex nuntiat Wladislao regi Hungariae ingentem classem *haud mediocribus triremibus et biremibus* instructam paravisse in Turcas, *que proximo estivo tempore erit discessura*, ut caeteris maritimorum statuum classibus coniuncta possit Turcas profligare. Rogat ut ille atrociori bello in Turcas *per terram irruat, quo terra marique eodem tempore Turce opprimantur.* (I. VII, 421, p. 1170—1171.)

Inc.: „Cupimus vos intelligere reddique certiorem quod nos animo agitantes et considerantes . . .“ **657.**

18 maii.

Joannes de Home episcopus leodiensis narrat Maximiliano regi, inter fines propriae dioeceseos, in festis paschalibus eius anni, apparuisse pluribus locis signum dominicae crucis, cuius formam, colores, temporis et rerum adiuncta accurate describit. Ex eo autem quod nunquam eiusmodi cruces virorum capitibus

impenderent, indicium desumit irae coelestis in eos qui cruciatae contra Turcas nomen hucusque minime dederunt. Alia aeque prodigia in dioecesi leodiensi habita sibi subditos ad poenitentiam egisse asserit. (I. VII, 422, f. 48—49.)

Inc.: „Revolvens animo colloquia aliquando inter vestram cesaream maiestat. et me habita pro defensione fidei . . Traiecti, 18 maii, 1501." **658.**

Idem eidem fusiori sermone narrat miraculum singulare plurium signorum dominicae crucis variis modis in sua dioecesi apparentium. (I. VII, 422, p. 49—50.)

Inc.: „Vix ego manibus dimiseram calamum quo signaverum consueto more litteras . . . Traiecti, 18 maii, 1501." **659.**

1501.
18 maii.

Litterae sexdecim membranaceae, authenticae Augustini Barbadici et Leonardi Lauredani ducum Venetiarum ad Zachariam Contarenum oratorem apud Maximilianum, a die 27 augusti ad 11 decembris, 1501. (L. X, 304, n. 3.)

Praeit commissio oratori, se conferat ad Maximilianum pro diaeta nurembergensi de rebus Turcarum. In id notitiae identidem ei praemittuntur de Turcis Dyrrachium occupantibus, maria infestantibus; de successu classium gallicae, lusitanicae, venetae, regi praelegendae. Orator instet enixe Maximilianus stet promissis factis praedecessoribus eius, Antonio Lauredano et Hier. Donato; det salvusconductus Georgio et Sebastiano Zusto a rege Hungariae oratoribus recedentibus, nec non Joanni Baduario accedenti. Ea communicantur quae ad Michaelem Wulchsteiner dominum castri in confiniis Marcesinae; ad dissidia cum comite Goriciae, ad oratores regios Petrum Woltsch et Antonium de Moris; ad proximam diaetam francofurdiensem; ad cardinalem gurcensem et eius a secretis Raimundum de Soncino referuntur. **660.**

13 octobris.

Pactio foederis inter Romanorum et Francorum reges, cuius extremi agit vices eius locumtenens generalis Georgius cardinalis de Ambasia, archiepiscopus rothomagensis. (L. X, 309, n. 20.)

Conditiones additae: rex Francorum a. Delphinum uni ex

filiabus Philippi Austriae archiducis det uxorem; b. faveat expeditioni in Turcas; c. curet Hungariam, Bohemiam, Hispaniam austriacae domui decursu temporis asserendas; d. iter Maximiliani Romam pro coronatione iuvet; e. a Maximiliano in proxima diaeta francofurdiensi de ducatu mediolanensi investiatur. In palatio episcopali Tridenti, 13 octobris, 1501. **661.**

1501.
17 novembris.

Alexander papa VI nuntiat Maximiliano regi quod eius votis indulgens Lucam de Renaldis Tergesti episc. renuntiavit. (L. IX, 166, f. 374.)

Inc.: „Cum dilectus filius Lucas de Renaldis, tue maiestatis secretarius et orator ad nos destinatus . . Rome, 17 nov., 1501. **662.**

1501—1502.

Exemplum epistolarum sexaginta supra ducentas quas Zacharia Contarenus venetus ad Maximilianum legatus, ex Primulano, Levico, Matra, Oeniponto, Egna, Tridento, Bolzano, Marano, Brixina, Vico s. Laurentii prope Bruneckum, Staner, Hallis, Campidonia, Mindelhain, Augusta, Meminga, Ulma, Abbatia Kussaim, Nazareth, fere omnes senatui veneto dedit a die 25 aug. 1501 ad sextam decembris 1502. (I. VII, 990, folia 287.)

Auctor non de iis tantum quae sibi per praemissas litteras ducales commissa sunt, verum de dissidiis quoque marchionis brandeburgici cum communitate nurembergensi, ac voluntate principum iam dissolutum eum conventum Vormatiam vel Francofurdiam transferendi; de pompa qua Maximilianus Tridentum ingressus est; de Galliae oratoribus a Maximiliano muneribus large cumulatis; de pace cum rege Galliae die sexta ianuarii 1502, Oeniponti solemniter promulgata. Epistolae interseruntur procuratoribus ecclesiae s. Marci, capitibus decemvirum, provisoribus et advocatoribus communis. cardinali gurcensi, episcopis Ludovico Bruno aquensi et Andreae Trevisano feltrensi, Georgio Cornelio potestati Veronae (quocum in occursum cardinalis rothomagensis a senatu Contarenus deputatur), Paulo Trevisano locumtenenti foroiuliensi, Paulo Barbo potestati et Dominico Bolano capitaneo Cremonae, Petro Foscolo potestati Ripae, Benedicto Aimo potestati Soncini, potestati Roboreti, provisori Pischeriae.

Qui praecipue in epistolis nominantur sunt Ludovicus vicecomes, Consalvus Ferrandus, cardinalis s. Severini, Joannes Emmanuel et Consalvus de Jora legati hispani, veneti Antonius Loredan et Hieronymus Donato, Lucas de Renaldis, Franciscus de Montibus, Petrus Bonomo, Joannes Celaurus, Augustinus Semenza, Jacobus de Banisiis, Andreas de Burgo a secretis Maximiliani, Joannes Bentivolus, Octavianus Colonna, Bernardus a Todesco, Franciscus a Castiglione, Nicolaus Arcimboldus, Luchinus et Antonius Crivelli, Joannes Maria a Beccaria ticinensis.

Contarenus iam ad Maximilianum annis 1493—1496 orator, huic eidem muneri mense iunio 1501, iterum designatur quanquam nonnisi die trigesima augusti eius anni commissionem, cuius in codice extat exemplum, acceperit. Eum sub fine decembris anni insequentis Aloysius Mocenigo, die 20 augusti rite electus, excepit. **663.**

1502. Maximilianus rex spondet Leonardo Lauredano duci Venetiarum se libere pro conservatione dignitatis reipublicae venetae omnia praestiturum, maxime quod Lucas de Renaldis qui in redditu Lauredanum Venetiis convenerat, affirmaverit ducem Venetiarum promisisse nunquam defuturum conservandae, quantum in eo erat, dignitati domus austriacae. (I. VII, 422, f. 221.)

Inc.: „Rediens ad nos ex urbe honorabilis Lucas de Renaldis, prepositus in Strasburg . . . 1502.“ **664.**

24 aprilis. Idem Hieronymo Landriano, Ludovico vicecomiti et Lucchino Cribello, mediolanensibus nuntiat, super quibusdam difficultatibus cum Galliae rege definiendis, nullam adhuc conclusionem de concordia Tridenti tractata fecisse, spe fisus per suos oratores res ex voto componere. (I. VII, 422, f. 96—97.)

Inc.: „Audivimus heri oratorem sereniss. Francorum regis fratris mei carissimi . . . Ratisbonae, 24 aprilis, 1502.“ **665.**

12 decembris. Anna Hungariae regina, veluti devota s. Marci filia agit gratias duci Venetiarum pro benevolentia et honore illi impensis, quam

propriam obligationem et Gallie regi consanguineo, ac modo eius oratori testata est. (I. VII, 422, f. 222.)

Inc.: „Egimus iampridem et habebimus semper amicitie vestre gratias de comitate, benevolentia et honore . . Ex arce budensi, 12 decembris, 1502." **666.**

1503.
24 febuarii.

Wladislaus Hungariae et Bohemiae rex refert duci Venetiarum quid Sebastianus Justinianus orator venetus in Hungaria laudabile gesserit, qua occasione, post legationem functam, Venetias remeat. (I. VII, 422, f. 296.)

Inc.: „Quanquam et ex litteris que hinc toto hoc triennio ad illustr. dominat. vestram frequentes venere. . . . Bude, 24 febr., 1503." **667.**

Historicum fragmentum quo enarratur Maximilianum regem, dum die 17 septembris anno 1503 divinis interesset, in quaestione de praecedentia inter Philiberti ducis Sabaudiae oratorem et venetum, huic, nempe Ludovico Mocenico locum honoratiorem tribuisse. Causae praelationis expenduntur, maxime ex temporis et dominii amplitudinis adiunctis sumptae. (I. VII, 873, f. 1.)

Inc.: „Sacra cesarea maiestas . . . Dum ageret cum tota curia sua in oppido Ispruch . . ."

Fusius de hac quaestione egit pro Venetis Theod. J. F. Graswinckel iurisconsultus delphensis in opere: 'De iure praecedentiae inter seren. venetam rempubl. et sereniss. Sabaudiae ducem.' Lugduni Batavorum, 1644, p. 355. **668.**

30 octobris.

Maximilianus rex oratori veneto in romana curia dolet mortem pontificis, qua occasione parabat Romam pro coronatione proficisci, ac expeditionem in Turcas. Hortatur ut curet quod cardinales eligant virum prudentem *nobis gratum et acceptum, non ex emulis et adversariis nostris.* (I. VII, 423, p. 289—290.)

Inc.: „Intelleximus dolenter casum moderni pontificis Pii III novissime defuncti, per quem sperabamus . . . Kauffpurem, 30 oct., 1503." **669.**

1503.
9 novembris.

Wladislaus Hungariae et Bohemiae rex dat litteras commendationis, pro duce Venetiarum, hominibus Venetias accedentibus pro medico conducendo, qui pristinae sanitati restituat Stephanum wayvodam moldaviensem, ob ingravescentem aetatem aegritudine laborantem. (I. VII, 423, p. 403.)

Inc.: „Cum spectabilis et magnificus Stephanus wayvoda terre moldaviensis fidelis noster dilectus . . . . Bude, 9 novembris, 1503." **670.**

Gravamina nationis germanicae ac imperii in curiam romanam, a Maximiliano rege pontifici exposita anno 1503. Itale. (L. IV, 90, f. 121—122.)

Decem gravamina summatim data excipiunt sententiae de remediis iis apponendis. — V. Du Pin, 'Bibl. eccles.' tom. XIII, p. 14—15. **671.**

1504.
21 ianuarii.

Wladislaus rex duci Venetiarum. (I. VII, 423, p. 685.)

Inc.: „Quanta instantia oratores illustr. dominationis vestre et istius illustrissimi dominii . . . Bude, 21 ianuarii, 1504."

Crebras Hungarorum incursiones in Dalmatiam Veneti per oratorem Joannem Baduarium apud Wladislaum conquesti erant, et damnorum refectionem frustra exegerant; unde stati locus et dies (29 septembris) Scardonae, quibus legati veneti cum hungaricis de quaestionibus sedandis convenient. Cum vero ultra mensem oratores hungarici adventum venetorum expectassent, et tandem Petrus Sagredo cum litteris rectorum jadrensium accederet, earum litterarum conditiones minime arriserunt; eapropter Wladislaus rogat ut pro iure confoederationis initae et quiete subditorum, dux alios terminum et diem designet quibus oratores ea de re consulant. **672.**

22 februarii.

Julii papae II instructiones datae magistro Mariano de Bartholinis de Perusio, causarum palatii apostolici auditori, nuncio suo ad Maximilianum Roman. regem. (L. IX, 42, f. 148—154.)

Inc.: „Plenam in domino de prudentia, doctrina, singulari fide ac devotione . . . Romae, 22 febr., 1504."

Legatum pontifex commonet ut Maximilianum ad pacem inter Galliarum et Hispaniarum reges tractandam ac Venetorum potentiam infringendam adhortetur. **673.**

1504. mense martio.

Capitaneus segniensis rogat ducem Venetiarum ut solvat pecunias ex pactis confoederationis inter Wladislaum et rempublicam venetam, quorum pactorum testis est orator venetus Joannes Baduarius. (I. VII, 423, p. 731—732.)

Inc.: „Exoro vestram serenitatem, dignetur finem facere fieri in negotio solutionis pecuniarum . . . martio, 1504." **674.**

mense martio.

Idem rogat eundem ut eum expediri faciat et remittere ad Hungariae regem, propter plura regis negotia quibus distentus est. (I. VII, 423, p. 715.)

Inc.: „Non sit molestum serenitati vestre cur impulsarem aures benignas eiusdem cum meis sollicitationibus . . martio, 1504." **675.**

3 iunii.

Franciscus Capello orator venetus nuntiat Maximiliano regi se a senatu veneto missum *functurum* apud eum *oratoris* officio: quae sibi agenda postulat. (I. VII, 991, f. 4)

Inc.: „Cupienti mihi, ut mos est oratorum cesaream maiestatem vestram adeuntium . . . Ex Hispruc, die 3 iunii, 1504. **676.**

4 iunii.

Maximilianus rex respondet eidem brevi Oenipontum venturum, quod noverit eum illuc advenisse. (I. VII, 991, f. 5.)

Inc.: „Intelleximus adventum tuum, qui nobis gratus extitit . . In castro Fragenstein, 4 iunii, 1504." **677.**

24 iunii.

Idem praecipit eidem ut Augustam Vindelicorum cum oratore hispano proficiscatur. (I. VII, 991, f. 9.)

Inc.: „Significamus tibi quod propter causas . . In oppido nostro Scheraii, 24 iunii, 1504.“ **678.**

1504.
31 augusti.

Franciscus Capello gratulatur, pro senatu veneto, Maximiliano de felici rerum in Burgundia gestarum successu, sibi ab oratore Burgundiae communicato. (I. VII, 991, f. 28—29.)

Inc.: „Ex litteris cesar. maiest. v. scriptis m. d. oratori Burgundiae, pro sua summa humanitate . . . Ex Franchofurdia, 31 aug., 1504.“ **679.**

1504—1505.

Regesta authentica epistolarum (dispacci) fere biscentum quas orator ad Maximilianum, Franciscus Capello comes de Rosis senatui veneto fere omnes (exceptis quas Romanorum regi, capitibus decemvirum et provisoribus communis Venetiarum scripsit) ex Halla brixinensi et svevica, Brunechio, Oeniponto, Augusta Vindelicorum, Ulmo, Grainth, Frankfordio, Rottenburg, Cophaer, Felinga, Argentina, Harnau, Wissinburg, Inqueller, Colonia, Andreaco, Bruxellis dedit a die 30 maii, 1504 ad 24 novembris, 1505. His epistolae tres Maximiliani eidem legato interseruntur. (I. VII, 991, folia 180.)

Legato in locum Aloysii Mocenici die 18 martii suffecto data est commissio (quae in codice praeit) die 23 maii 1504; unde elucet quare epistolas tres Oeniponto, a die quinta ad septimam iunii, una conscripserint Capello eiusque praecessor Venetias regressurus. Epistolis sexdecim a die 23 martii ad 10 aprilis 1505 ex Argentina et Harnau datis subscribunt Capello et Vincentius Quirini doctor, qui extremus sub fine februarii huius anni ad ducem Burgundiae legatus missus, Argentinae, senatus veneti voluntate, oratorem Capello convenit, cum eoque Maximiliano gratulatur de filio Philippo in regem Castellae renuntiato et de rerum compositione cum pontifice. Aliquot ex extremis epistolas dant e Colonia et Andernacho Franciscus Capello (qui die 23 septembris patriam sollicite se reversurum promittit) ac Petrus Pascalico die 14 iunii anni 1505 legatus ad Maximilianum suffectus, qui Coloniam die 23 septembris accedit. **680.**

1505.
2 ianuarii.

Orator venetus ubi caesari significavit se paratum, in obsequium regii nutus, Coppain adire, rogat ut ante discessum locum ei designet quo ei quaedam, iussis sui dominii parens, communicet. (I. VII, 991, f. 80.)

Inc: „Cum nomine cesar. maiest. vestre nobis oratoribus nuper intimatum fuisset . . . Ex Hisprucha, die 2ª ianuarii, 1505. **681.**

22 septembris.

Franciscus Capello una cum Pascalico nuntiat Maximiliano, iuxta mandata, eum praestolaturum Coloniae, quo et novum oratorem praesentet et, comitatu impetrato, in patriam reverti valeat. (I. VII, 991, f. 168.)

Inc.: „Postquam superioribus diebus clementissimas litteras ces. maiest. v. acceperam . . Ex Colonia, 22 sept., 1505.“ **682.**

Maximilianus oratoribus venetis Capello et Pascalico praecipit ad se, dato nutu, proficisci debeant. (I. VII, 991, f. 170.)

Inc.: „Recepimus litteras vestras et quoniam inter paucos dies . . . Lovanii, 1505.“ **683.**

16 octobris.

Idem eisdem dono mittit leporem, eosque invitat cras Confluentiam se conferant. (I. VII, 991, f. 176.)

Inc.: „Mittimus vobis leporem ex venatione per nos captum . . Eringer, 16 oct., 1505.“ **684.**

1505—1506.

Vincentii Quirini oratoris ad Philippum austriacum ducem Burgundiae regesta authentica centum quadraginta epistolarum senatui veneto, a die 27 febr. 1505 ad 24 maii 1506, de eius legatione oblatarum. Itale. (I. VII, 1129, fol. 117.)

Quirinus per Tridentum, Bolzanum, Brixinonem, Oenipontum, Ulmam, Argentoratum contendit, ubi cum Francisco Capello, oratore ab hoc die 26 martii anni 1505 humaniter excipitur. Gratulatione facta de regno Castellae filio Philippo delato, huic idem repetit officium die 29 martii, Subraci.

Mox, cum aula regia Aquas granatas (quas ab alemannico *Aachen Acnum* appellat) petens, ibique ad dimidium aprilis degens, refert epistolis quatuordecim, proprio et oratori Capello nomine, quae in caesareis consiliis acta sunt: de Ludovico rege, mediolanensi ducatu investiendo cum reversione ad Philippum, ac de inauguratione electoris trevirensis. Quirinus Philippo, quem Castellae primores per litteras hortantur ut regnum accedat, in itinere fit comes, per Luxemburgum, Bastigne, Namurcum, Bruxellas contendens. Eius in Hispaniam adventus retardandi causae potissimum adduntur: a. Bellum Gheldriae quod ingenti armorum et militum apparatu coeptum, pace inter reges Romanorum, Castellae, Galliae, sub fine iulii absolvitur. b. Partus reginae die 15 septembris eius anni. Haec inter annum integrum millesimum quingentesimum quintum Silvae ducis (Bois le Duc), Graviae, Cliviae (Cleves), Antuerpiae, Ternae, Brugarum (Bruges), Gandavi (Gand), Middelbourg agit, usque dum ianuario anni millesimi quingentesimi sexti Falarunam in Anglia cum rege et regina, aprili vero Clunias in Hispania appellit. Mensibus maio et iunio per sanctum Jacobum de Compostella, Oranum, Succosam (Puebla), Beneventum, Mozentes, Vallisoletum (Valladolid) contendit, qua occasione regis triumphalem ingressum describit. Julio exeunte novus orator Gabriel Maurus, paulo ante Philippi mortem, excipit Quirinum, qui Barcinonem profectus sub fine augusti Venetias remeat.

Hisce litteris (quarum mentionem minime ingerit Emmanuel Cicogna in 'Iscrizioni venezione', vol. V, p. 63—75, ubi egregie de auctore et de eius epistolis in Ambrosiana extantibus scribit) plura senatui nunciat de indole regis Hispaniae, consiliariis, exteris legatis aulam visitantibus, commercio Antuerpiae et Brugarum. **685.**

Relatio quam Quirinus redux dedit suae legationis senatui Venetiis. (I. VII, 1226, f. 149—161.)

Inc.: „Niuna cosa p°. seren., padri et signori miei excellentissimi, è de mazor zovamento ad una republica ben istituta ...

De relatione nihil est quod referam, cum acta in epistolis retractentur, eamque Alberus in 'Relazioni venete' (ser. I, vol. I, p. 1—30) ex codice ms. Magliabecchiano (Cl. 24, cod. 50, p. 132—145) protulerit. Animadvertendum tamen relationi impressae deesse partem (f. 155—161) quae eius legationis negotia minime attinet, sed quae rei et temporis momento historiae lusitanicae navigationis et asiatici commercii lucem affundit. Haec autem narratio incipit: „. . . . nel qual regno (Hispaniae) havendomi qualche zorno ritrovato et maxime ai confini di Portogallo, ho voluto prender qualche information da diverse persone degne de fede cercha el viazo de Calocut." Tractationem hanc memorat Petrus Justinianus in 'Historiae Ven.' libro XIV, p. 299 edit. Argent. 1611, f. „ut in Vincentii Quirini commentariis legitur, qui de Indiae et Colocut rebus, dum Germaniam, Hispaniam, Lusitaniam pro republica legatus peragraret, multa memoravit." **686.**

1506.
6 octobris.

Maximilianus rex profitetur recepisse a Leonardo Lauredano duce Venetiar. sex mille florenos renenses pro integra solutione florenorum duodecim millium *in nostram gratificationem, iuxta continentiam litterarum nostrarum, pro solutione Helveticorum quos nobiscum in Italia habuimus.* (L. X, 309, n. 22.)

Inc.: „Recognoscimus et tenore presentium profitemur nos recepisse . . . Datum die sexta octobris, 1506." **687.**

1507.

Regesta authentica epistolarum fere centum quas Vincentius Quirinus ad Maximilianum regem orator venetus a die 25 febr. ad 21 novembris, anni 1507, senatui veneto misit. Itale. (I. VII, 989, f. 136.)

Cum principum ex universa Germania conventus mense martio eius anni Constantiae esset celebrandus, Veneti in Petri Pascalici ad Maximilianum oratoris locum Quirinum sufficiunt, qui Argentinae Maximilianum aloquutus, ad pacem cum Galliae rege componendam frustra cohortari aggreditur. Maximilianus e converso

animadvertens, plurium Mediolano extorrium et duorum praecipue Ludovici Sforza filiorum ad eum confugientium subsidiumque exorantium iura proculcari; Mediolani ducatum ad imperium pertinere aestimans, timens ne Galliae rex dominationi universae inhiet; proponit Venetis vel cum eo in Gallos coeant, vel imperii militibus per eorum provincias transitum permittant, quod in generali diaeta Constantiae captum. Venetis utrumque refutantibus, Maximilianus ingentes cogit belli apparatus, militibus ad centena millia et ultra iussis, Helvetiis in auxilium adductis, magna pecuniae vi a Germaniae principibus oblata, praecipue vero a ditissimis Augustae Vindelicorum mercatoribus foenore quaesita. Eum primam imperii coronam a pontifice suscipiendi gratia Romam contendere visum: postmodum vero a venetis finibus prohibitus, Constantiam pergit armatus, parans per montes et lacus, Mediolani ducatum imperio subdere.

Etsi epistolarum pars potior ex Argentina et Constantia, ubi penes Maximilianum Quirinus degebat, data sit, aliquot tamen ex Memminga, Augusta Vindelicor., Oeniponto, Hallis, Brunechio, quo difficili rerum pertractandarum molimine pluries coactus secedere. **688.**

1507.
8 martii.

Pascalicus Petrus orator refert minutatim de pompa qua episcopus Argentinae noviter electus inauguratus est coram Maximiliano, deque venatione ei data. (I. VII, 425, p. 10—11.)

Inc.: „Come veneno li nelli zorni passati et subiti zonti fo a una solenne messa . . . 8 marzo, 1507.“ **689.**

21 iunii.

Joannis Rabler iuris utr. doctoris, Maximiliani regis consiliarii et secretarii. ad principem et senatum venetum oratio. (I. VII, 425, p. 67—68.)

Inc.: „Omnem rempublicam tribus potissimum constare, videlicet consilio, virtute et iustitia . . . 21 iunii, 1507.“

Oratio in laudes reipublicae venetae et Maximiliani regis fusa, habita est qua occasione auctor missus est Venetias

orator una cum libero barone neapoletano et capitaneo tergestino, ad conveniendum de foedere. Editam leges sub nomine Rebler, s. l. et a. (Venetiis, mense augusto, 1507.) Marinus Sanudo coaevus scribit hoc eodem codice, p. 86: „Item ozi (16 aug.) da sera havendo domino Zuam Rauber dotor del re di Romani . . vedendo la signoria stava assa a risolversi zercha voler far confederation al suo re . . . fe butar l'oration el fece in colegio a stampa, la qual si vendera per Venezia un soldo l'una. **690.**

1507. mense augusto. Carmina de adventu Romanorum regis in Italiam, mense augusto, 1507. (I. VII, 425, p. 122—123.)

Epigrammata itala tria caudata. uti dicunt, quibus Maximilianus Italiam armato milite accessurus depingitur; quae in Italiam damna parata praenuntiantur. Sic incipiunt:

„El volgo zanza, non so sel dica el vero"
„Zanza assa el volgo e raro dice il vero"
„L'aquila vola e non si sa ancor dove." **691.**

22 septembris. Paulus de Lichtenstein, a secretis Maximiliani, rogat Vincentium Quirinum oratorem ut Veneti ei repromittant fidem publicam, senatus decreto et sigillo plumbeo firmatam, nunquam regi aut imperio bellum moturos. nec impedimentum ei allaturos in suo itinere Romam versus, sed potius in antiqua amicitia remansuros. (I. VII, 989, f. 188.)

Inc.: „Sepius affirmavi magnam esse devotionem dominii veneti erga maiestat. suam et roman. imperium . . Eniponti, 22 sept., 1507."

Eadem occasione Maximilianus mittit Venetias Lucam de Renaldis suum a secretis ut illius transitum per venetos status impetret. **690.**

mense decembri. Quirini Vincentii relatio senatui Veneto data de sua legatione ad Maximilianum Romanor. regem. (I. VII, 580, f. 208—273; 873, f. 106—124.)

Inc.: „Perchè a questi tempi, seren. principe, gravissimo et

sapientissimo conseglio, tutte le discordie, guerre . . . mense decembri, 1507."

Quirinus a legatione burgundica vix redux, orator ad Maximilianum die 25 octobris, 1506 missus, ab eo repulsus est mense novembri, 1507, quod senatus venetus abnuerit *a se armato dare il valico pe' suoi fini* (Bembo, 'Istoria veneziana'. Venezia, 1790, tom. II, p. 19). Rerum a se pertractatarum narrationem coram senatu actam sub fine anni 1507, ita a principio brevi enunciat sermone: „Mi forzano narrar quanto ho possuto comprender della grandezza, del governo, della potentia e de costumi di tutta Germania; da poi la qualità, il poter della maiestà cesarea, et in qual esser la si ha trovato, et si trovi cum li principi et stati imperiali, et etiam cum Sguizzeri: ultimamente quale sia la dispositione dello impero e del re verso questa republica, et il resto de potentati christiani: et quello che sua maiestà sia per poter fare a questo tempo." Sub fine questus quod senatus grave eius legationis negotium negligerit (plures etiam epistolae responso carebant), vias enumerat per quas Maximiliano datum in Italiam descendere.

Eam edidit primum Josephus Chmel vindobonensis, anno errato 1506 in 'Schmidt's Zeitschrift für Geschichtsw.', vol. II, p. 272; recens Alberus in 'Relazioni degli Ambasciatori Veneti' Firenze, 1862, ser. I, vol. VI, p. 166.

Relationis huius compendiolum legere est codice 425 eiusdem classis. **693.**

1508.
31 ianuarii.

Dux Venetiarum Francisco de Renaldis grates agit quod bonam Maximiliani in Venetos voluntatem asseruerit; senectutem incusat quod Tridentum accedere nequeat; spondet primores ex Venetis oratores transmissurum ut Romam pro coronatione honorifice comitentur. (I. VII, 1180, f. 26.)

Inc.: „Francisco. Noi habiamo veduto la persona vostra volentieri et havemo acepta la recomendacion de d. Luca vostro fratello . . . 31 ianuarii, 1508." **694.**

1508.
1 martii.

Idem Lucae de Renaldis oratori caesareo in senatu respondet mirari quod Maximilianus malorum fraudibus deceptus, Venetos sibi aestimet infensos; christianae reipublicae gratum fore si, patris more, procul ab armorum strepitu, Romam pro coronatione quiete contendat. (I. VII, 1180, f. 27.)

Inc.: „Reputiamo del tutto superfluo replicarvi quello che molte volte abbiam dito et a vui . . . In nostro ducali palatio, 1 martii, 1508." **695.**

Carmina de foedere cameracensi in Venetos anno 1508, scilicet elegiae, epigrammata, endecasyllabi ad viros quinquaginta, pleraque anonyma, exceptis Jacobi Masei, Pascalis Maripetri, Domitii Palladii Soriani, Joannis Pierii, Marci Picardi brixiensis, Antonii Delii utinensis, Pedri Nardini Celinei, Laelii Maximi, Democriti Romani philosophi. (L. XII, 209, f. 10—24.) **696.**

10 martii.

Bartholomaeus Alvianus nuntiat veneto senatui quomodo exercitum caesareum penitus in Cadubrio fuderit, millibus octingentis alemannnis caesis. (I. VII, 425, p. 269—273.)

Inc.: „Me par conveniente cossa render conto ad vostra serenità del modo del nostro combattimento . . . . Conegliani, 10 martii, 1508. **697.**

mense martio.

Hieronymi Borgii carmen (hexametris 59) in triumphum germanicum illustr. ducis Bartholomaei Liviani, ad sereniss. principem Leonardum Lauretanum et senatum venetum. (L. XII, 211, f. 14—16.)

Inc.: „Terruerat magno Germania saeva tumultu
More suo Italiam, trepidasque effusa per alpes
Tempestas ierat."

Narratur quid Alvianus contra Germanos in Cadubrio et Foroiulii a. 1508 laude dignum egerit, et qua pompa triumphi Venetiis sit exceptus. **698.**

1508.
18 martii.

Notae rerum quas, ne memoria exciderent, Maximilianus in papiro suamet manu exscripsit, verbo addito *Visa (quod est signum secretissimum)* ad normam agendorum, Lucae de Renaldis oratori datae. (I. VII, 1180, f. 20, 51.)

Inc.: „Intellecta bona dispositione ill. dom. ducis Venetiarum, et de suo senatu et quantum cupiunt . . . In oppido imper. Cotpaier, 18 martii, 1508."

Iis contentum: a. inducias ad annum inter Maximilianum et Venetos componendas, ut hi cum eo et rege Gallorum iter Romam securum apparent, proindeque oratores ad oppidum imper. Lindoviae transmittant; b. Maximilianum paratum cum Venetis tantum inire concordiam, dummodo transitum armatum ei permittant; c. dent Veneti comitatum inermem septemdecim nobilium a Maximiliano eligendorum; d. Venetis id abnuentibus, rem cum imperii principibus consulendam. Exemplum hoc orator caesareus clam Venetis obtulit. **699.**

26 martii.

Maximiliani litterae patentes quibus omnibus mandatum ut venetos oratores ad castrum Petrae de pace tractanda accedentes, cum comitiva usque ad numerum centum equorum et totidem personarum permittant transire, morari, redire. (I. VII, 1180, f. 24.)

Inc.: „Cum Leonardus Lauredanus . . . et dominium Venetorum oratores suos pro tractanda pace . . Auguste, 26 martii, 1508." **700.**

26 martii.

Eiusdem litterae patentes, quibus nuntiat Lucam de Renaldis oratorem Venetias misisse, cum potestate id efficiendi ut Veneti oratores ad Roman. regem deputent tractaturos de eius dissidiis cum Galliae rege declinandis. (I. VII, 1180, f. 22.)

Inc.: „Cum pluribus annis gravissime inter nos et Gallorum regem fuerint dissensiones et differentie . . Auguste, 26 martii, 1508." **701.**

26 martii.

Idem Georgium episcopum tridentinum, aliosque plures constituit procuratores foederi, concordiae, vel saltem induciis cum duce Venetiarum paciscendis. (I. VII, 1180, f. 4, 6—7, 25.)

Inc.: „Cum superioribus diebus inter nos ex una, et illustrem Leonardum Lauredanum ducem . . . Auguste, 26 martii, 1508.“ **702.**

Exempla partim authentica documentorum unius supra viginti, quae vel mensibus martio et aprili anni 1508 in superius nominata legatione acta praecesserunt, vel insequentibus maio et iunio in induciarum tractatione acta sunt. Innuo praesertim mandata a Maximiliano ex Augusta die 26 martii data, et quae Lucas de Renaldis eius a secretis Venetiis hac super re praestitit: item epistolas autographas Zaccariae Contareni oratoris et Jo. Jacobi Caroldo a secretis. (I. VII, 1180, f. 1—31. 51.) **703.**

1508. mense aprili. Cornelii Francisci epistolae decem fratri suo Jacobo datae ex castris in Foroiulii, Isontio, Gradisca, Goricia, Portunaonis, diebus 13—25 aprilis, quibus enarrat de expugnatione Cormons, deditione Belgradi, constructione pontis super Isontio, ac de actis ad expugnanda castra munita Portusnaonis et Goriciae. Iis adduntur septem Marci Antonii Orso, Joannis Fuscareni capitanei, Georgii Cornelii provisoris generalis, ex Gradisca, Portunaonis, Goricia, Duino, a die 21 ad 27 aprilis, de eo bello. (I. VII, 425, p. 325—335.) **704.**

14 aprilis. Dux Venetiarum Lucae de Renaldis grates agit quod Maximiliani in Venetos benevolentiam, eiusque voluntatem Romam tranquille pro coronatione proficiscendi asseruerit; inducias futuras non tantum cum Venetis sed et cum foederatis principibus componendas, quibus exactis de oratoribus mittendis tractabitur. (I. VII, 1180, f. 28.)

Inc.: „Ne è sta gratissimo lo intender che la maestà cesarea habbia acceptati in quella bona parte . . . In ducali palatio, 14 april., 1508.“ **705.**

22—24 aprilis. Zacharias Contarenus duplici epistola narrat Gabrieli Emo de Guasconibus vallem Brentonici et Athesis ripas infestantibus. (I. VII, 425, p. 335—337.)

Prima incip.: „Oggi dapoi manzar el montò a cavallo," altera: „Da novo per uno hordene dato per li ill. capetanj . . Ex Halla (Tyrol.) 22, 24 apr." **706.**

Hieronymi Contareni provisoris exercitus epistolae duae supra triginta datae Sancti Throno, a die 23 aprilis ad 31 maii, ex navi apud Tergestum, Justinopolim, Duinum, Mujam, Piranum, Cerveram, Trevixum castrum, Pisinum, Flumen, Sanctum Andream de Rovigno, quibus de rebus bellicis Tergesti et Fluminis, deditione Duini, oppidulo Prosechi. (I. VII, 425, p. 338—406.)

Ad finem extat elenchus *dei castelli e luoghi muradi che haveva e tegniva lo imperator in Friul, et lo numero delle ville . . . acquistate per la signoria nostra in questo anno 1508.* **707.**

Brevis historia rerum bellicarum quae Foriiulii inter rempublicam venetam ac Maximilianum regem obtinuerunt anno 1508, a die octava aprilis ad decimam nonam iunii, qua pax Utini firmata, Andrea Lauredano Foriiulii locumtenente. (I. VII, 1008, f. 72—74.)

Inc.: „Lasso le cause e principio della guerra fra la sereniss. . . ma solo per miracolo annoterò la vittoria inopinata." **708.**

1508. 6 maii. Marcus Rizzo a secretis provisorum exercitus nuntiat Josaphat fratri oppidum Agrestae munitum iam iam iri expugnatum, salvosconductus pluribus Alemannis concessisse, crastina die Mori castrametaturum; laudat Georgium Emo et Andream Gritti armis praestantes. (I. VII, 425, p. 348—350.)

Inc.: „Quello che tante volte me hai scripto desiderar, per questa pur lo intenderai . . Ex castris, 6 maii, 1508." **709.**

7 maii. Franciscus Bertholdus refert Josaphat Rizzo de probabili deditione Agrestae (castri quod describit); actis ad tormenta bellica ex Benaco ideo transferenda; Hispanis et Gallis vicinia minitantibus. (I. VII, 425, p. 350—352.)

Inc.: „Io vi scrissi come andavemo ad Agresta a campo zuoba prossima passata . . . Hallis, 7 maii, 1508." **710.**

1508. 8 maii. Dux Venetiarum Georgio episcopo tridentino, cuius laudat bonam mentem, significat se ab ineundis induciis minime abhorrere, dummodo et principes foederati in conventus partem vocentur. Longo sermone Venetorum in Maximilianum eiusque familiam depraedicat merita, quae ille ludibriis et iniuriis rependit, *oratorem nostrum turpiter eiiciendo et famosos libellos contra nos dispergendo.* (I. VII, 425, p. 386—387; 1180, f. 30.)

Inc.; „Accepimus legimusque litteras dominationis vestre, datas Tridenti in arce boni consilii, die ultima mensis aprilis . . In rogatis, 8 maii, 1508." **711.**

10 maii. Episcopus tridentinus Venetos invitat ut viros deputent qui de induciis cum Maximiliano pertractent. (I. VII, 425, p. 384; 1180, f. 29.)

Inc.: „Intelleximus ex venerabili domino Luca de Renaldis, preposito xantensi . . . Tridenti, 10 maii, 1508." **712.**

12 maii. Idem respondet duci veneto significans nomina deputatorum *ex parte cesarea* ad tractandum *de treugis.* (I. VII, 425, p. 385, 1180, f. 29.)

Inc.: „Accepimus litteras ill. dominat. v. datas octava huius mensis occasione treugarum responsivas . . Tridenti, 12 maii, 1508."

Induciae die 6 iunii conclusae: earum publicatio ut et acta latine habentur eodem codice, p. 434—437. **713.**

13 maii. Joannes Navagerus capitaneus Raspi Hieronymo Contareno provisori exercitus refert Joannem Herbsteiner dominum castri de Ipoglava in confiniis Raspi, concordiam cum Venetis fore initurum, eo pacto ut illi contra Alemannos faveant; eapropter comitatum Pisini proponit eis proditurum. (I. VII, 425, p. 398-399.)

Inc.: „Zuane Herbsteiner, domino del castello di Ipoglava, confinante con questo luogo . . . Raspi, 13 maii, 1508." **714.**

1508.
16 maii.

Dux Venetiarum significat episcopo tridentino deputasse ad tractandum de induciis Zachariam Contarenum, qui *die crastino, in Dei nomine*, iter ingrediens Ripam proficiscetur. (I. VII, 425, p. 385—386. 1180, f. 31.)

Inc.: „Intellectis iis quae rev. dominatio vestra nobis significavit in negotio tractationis treuguarum . . . . In rogatis, 16 maii, 1508." **715.**

18 maii.

Eiusdem litterae patentes, quibus Zacharia Contarenus procurator pro induciis cum Maximiliano ineundis ad conventum tridentinum deputatur. (I. VII, 1180, f. 2.)

Inc.: „Notum esse volumus quod cum superioribus mensibus seren. . . . Maximil. imp. Rom. electus . . . Die 18 maii, 1508." **716.**

Zachariae Contareni oratoris litterae ultra quadraginta, fere omnes Ripae ad Lacum Benacum datae, a die 19 maii ad septi mam iunii, 1508. (I. VII, 1131, folia 66.)

Praeit membrana authentica *Commissionis* a Leonardo Lauredano duce Zachariae Contareno 19 maii data, qua procuratorem et mandatarium constituit ad concludendas inducias *cum deputatis sue maiestatis Tridenti existentibus*, ita ut ea includantur Ludovicus Galliae rex, Ferdinandus Aragonum, *ac confederati et precipui amici nostri.*

Annos aliquot bellum inter imperium et rempublicam venetam ita saevierat ut pax tandem omnium votis expeteretur. Eapropter senatus, spe pacis serius ineundae, Zachariam Contarenum oratorem, magno comitatu quatuor super viginti procerum, mittit ad fines Tirolis, induciis componendis cum Maximiliano, qui in Flandria cum esset, oratorem in id constituit Georgium a Neideck episcopum tridentinum. Huic Contarenus refert epistola 24 maii data, Ripam applicuisse *ut constituto in confinibus loco convenienti, temporeque idoneo possimus una convenire tractaturi de induciis.* Ubi de salvisconductibus et armorum cessatione

actum, die 27 eiusdem mensis oratores (quibus ex parte Maximiliani Nicolaus de Firmiano, Ciprianus de Serutayner, Henricus de Kröninger, Christophorus Hoffmann secretarius; ex parte Venetorum Joannes Jacobus Caroldus a secretis additi) Ripae in monasterio s. Mariae gratiarum coeunt, cumque, conventu producto, militaris licentiae iniuriae et noxae ex utraque parte obvenirent, Georgius Emus et Andreas Gritti provisores generales in agro veronensi inducias quoquo modo ineundas instant. Hae datae die 6 iunii, triennio duraturae, accedentibus regibus Hungariae, Galliae, Arragoniae, Angliae, nec non foederatis in Italia principibus. Huius documenti exemplum, sub fine codicis (f. 61—65) excipit actus (Bulzani, 4 iunii) Pauli de Lichtenstein marescalchi regiminis in Oeniponto, quo, cum valetudinis gratia induciis tractandis haud interesse posset, ideoque mandato imperiali episcopum tridentinum aliosque nominatos deputasset, easdem confirmat. Actum induciarum authenticum habes in codice ms. 1180, classis VII, Ital. f. 12—15.

Litteras vel latinas vel italas senatui veneto, episcopo tridentino, Christophoro de Thono aliisque consilariis et capitaneis caesareis, provisoribus generalibus Francisco de Garzonibus potestati et Francisco Bragadeno capitaneo Veronae, ut et induciarum instrumentum propria manu in codice regessit Joannes Jacobus Caroldus.

Relationem huius conventus, qua per compendium repetuntur agitata in epistolis, legere est in codice 1232 huius classis, f. 72—84. Ea incipit: „Havendo scritto alla seren. v. di giorno in giorno et a hora per hora con quelle maggiori particolarità . . ." 717.

1508.
26 novembris.

Maximilianus, quanquam Venetis infensus, quod eius Romam pro coronatione profectioni obstiterint, Lucam de Renaldis oratorem Venetias mittit, qui treguas apparet Tridenti cum eius episcopo conciliandas. (l. VII, 1180, f. 21, 23.)

Inc.: „Notum facimus . . . Leonardum Lauredanum . . .

nobis in profectione nostra ad urbem romanam . . . Augustae, 26 mart.' 1508."

Folio 23 fere eadem, tamen non verbis tantum sed et sensu quandoque immutatis, incip.: „Cum illustr. Leonardus Lauredanus Venetiarum dux, Venetorumque dominium nostrae ad urbem romanam." **718.**

1508—1513. Joannis Parthenopei de bello foroiuliensi. (L. X, 274, f. 56.)

Inc.: „Qui maris superi sinum incolunt Veneti, patritia gens, et vetustate originis et claritate generis nobilissima est . . ."

Auctor e pago Reanae prope Tulmetium historiam belli a Venetis contra Caesarianos, anni 1508—1513, varia fortuna in Foroiulii comparati, accurata rerum investigatione et ornatiori stylo describit, praemissa antiquae illius regionis descriptione. Viros summos laudat Bartholomaeum Alvianum, Aloysium Mocenicum, Hieronymum et Antonium Savorgnanum, Joannem de Marzano. Dum pestem anni 1511 memorat, tacet de celebri Utini direptione (sacco) anno eodem, quam forsan 'Historiae belli eiusdem foriiuliensis' partim deperditae inseruerat, quod censet quoque Lirutus in 'Letterati del Friuli' II, p. 215.

Pretiosam opellam bibliothecae s. Marci, cum caeteris codicibus suis manuscriptis legavit qui titulum inscripsit: 'Libellum luce, qua caret, dignum anno 1780 possidet J. Morellius.' **719.**

1509. mense februario. Exploratoris responsum factum senatui veneto de rebus Maximiliani Italiam accedentis, et de eius exercitu. (I. VII, 425, f. 227.)

Inc.: „El seren. sign. re de' Romani havendo intimado a tutti quelli che doveano mandar zente . . . appresso Trento, adi fevrer, 1508 (1509). **720.**

18 maii. Mandatum Maximiliani regis pro dietae convocatione Bolzani, mense maio, 1509, qua decretum pacem cum regibus Galliae et Arragoniae ac Julio II pontifice contra Venetos loca sedis apostolicae detinentes, proptereaque a pontifice excommunicatos, ineundam. (I. VII, 426, p. 258—260.)

Inc.: „Non dubitiamo, come sapete, con quante notabili et gran guerre . . . In civitate Cahauspeyern, 18 maii, 1509.“ **721.**

1509. mense iunio.

Breviarum itale datum orationis latinae per oratores patavinos regi Romanorum, mense iunio ann. 1509 recitatae a doctore Jacopo de Lion. (I. VII, 426, p. 363—364.)

Venetorum regimen auctor execratus, tria millia tyrannorum ait parata urbis et regionis patavinae visceribus dilaniandis: ex noto Tertulliani loco pro Christianis. nullam esse urbis partem, nullum institutum quod Patavium proprium dicere possit. Maximilianum deprecatur ut desperatos cives quasi subditos fidelissimos sub alis recipiat, asserens cives paratos centum millibus ducatorum auri ei solvere, duo millia equitum, totidem peditum alere. **722.**

14 iulii.

Senatus venetus communitatem nurembergensem supplex deprecatur se apud Maximilianum interponat, ut induciae imo pax, si fieri potest, cum eo ineantur. (I. VII, 426, p. 450—451.)

Inc.: „Se rendemo certissimi le magnificentie vostre harano inteso . . . In rogatis, 14 iulii, 1509. **723.**

23 iulii.

Henricus Brunsviciae et Luneburg dux, capitaneus supremus Maximiliani gubernatoribus Gradiscae praecipit ut infra duodecim horas tradant ei castrum. (I. VII, 426, p. 448.)

Inc.: „Comandiamo a voi tutti gubernatori, cittadini et pertinenti . . . Ex castris apud Lisoncium, 23 iulii, 1509.“ **724.**

31 iulii.

Chronicon de obsidione civitatensi. (L. IX, 128, f. 290.)

Inc.: „1509, die ultimo iulii. Vene lo exercito della cesarea maestà, accampò sotto questa terra di Cividale cum quindese mille persone a cavallo et a piedi.“ **725.**

31 iulii.

Minius Laurentius provisor Gradiscae Petro Bragadeno narrat quae sustulerit ut ipsemet diu noctuque, thorace nunquam deposito, Gradiscam ab insidiis Alemannorum, milites venetos

insolutos aere corrumpentium, tueretur. Post horas viginti quatuor Utinum versus recessisse Alemannos, quis incassum adhibiti ut Gradiscam expugnarent. (I. VII, 427, p. 440—442.)

Inc.: „Ve meravigliate che non vi ho scritto za tanto tempo del mio ben stare . . . Gradisca, 31 luglio, 1509." **726.**

1509.
2 augusti.

Paulus Gradonico provisor generalis in Foroiulii refert senatui de pugna prope Civitatem Austriae, quam Alemanni expugnare tentaverant die prima augusti. (I. VII, 427, p. 26—27.)

Inc.: „Come essendo l'exercito nemico accampato a Cividal de Friul et bombardato . . . Utini, 2 aug., 1509." **727.**

2 augusti.

Fridericus Contarenus, provisor Civitatis Austriae, senatui veneto refert quomodo die trigesima iulii milites caesarei magna tormentorum bellicorum vi aggressi sint Cividatum, unde die secunda augusti, re infecta, recedentes versus Cormons profecerunt. (I. VII, 427. p. 27—29.)

Inc.: „Se non ho scripto alla signoria vostra in questi zorni il processo della grande occupazione . . . Ex Civitate Austrie, 3 aug., 1509."

Senatus duplici epistola dierum 5 et 7 augusti laudat provisorem, quod hac occasione, ut et in caeteris, fideliter et strenue se gesserit. **728.**

24 augusti.

Brunsviciae dux cum duce Venetiarum conqueritur quod Veneti tyrannica prorsus saevitie captivos agant; exemplum proponit moderationis caesareae in eo *iustissimo bello*: ait se promptum paribus vicibus in captivos venetos referendis. (I. VII, 427, p. 169.)

Inc.: „Iuxta temporum qualitatem intelleximus crebris auctoribus vos preter iustum belli usum . . In castris apud Goriciam, 24 aug., 1509." V. n. 732. **729.**

28 augusti.

Veneti Antonius Iustinianus locumtenens vicarius in Foroiulii et Franciscus Capello provisor generalis duci (Brunsviciae) re-

respondent se pacis propositionibus ab eo et episcopo labacensi factis libenter accessuros, qua occasione conqueruntur quod, restitutis Tergesto et Goricia, bellum acerrimum iis illatum sit. (I. VII, 427, p. 94.)

Inc.: „Accepimus litteras tuas, eques magnifice, que religiosissimam animi tui affectionem... Utini, 28 augusti, 1509.“ **730.**

1509. mense augusto.

Francisci Cremensis historia oppugnationis germanicae Utini, anno 1509. Epistolae quatuor. (L. XIV, 153, f. 100—106.)

Auctor opus antea iuris consulto Joanni Regulo manzanensi modo (his additis quae praetermissa idem Regulus monuerat) senatui populoque foroiuliensi dicat epistola: „Annibal Salonus, alter e consulibus vestris, sapientiss. fratres, in familiari colloquio quod nuperrime cum de aliis rebus...“ Subsunt epistolae, quarum prima inc.: „Imposuisti mihi, Joannes amicorum optime, ut recentem Germanorum in nostram civitatem obsidionem...“, secunda: „Ecce iterum iniungis mihi, Joannes amantissime, ut scriptae editaeque historiae de oppugnatione germanica...“, tertia: „Cogor abs te, novo exemplo, Joannes suavissime, iam publicatas lucubratiunculus...“, quarta: „Franciscus Cremensis acolytus Venceslao Boiano. Hermannus Claricinus avus tuus maternus, vir clarissimus...“ Finit descriptio: „Si quid ab aliis posthac fiet, aliis describendum relinquemus.“ Epistolae respondent additamentis historicis paulatim ab auctore datis. **731.**

9 septembris.

Dux Venetiarum Brunsviciae duci miratur quod bellum id iustum appelletur, dum post initas triennales inducias solemni iuramento firmatas, hostilis irruptio a Maximiliano in Forumiulii facta sit. Accusationem illatam de captivis male actis toto homine respuit, quin asserit Venetos plures homines captos dimisisse inoffensos ac pecunia quoque pro viatico donasse: crudelitatis notam potius caesareis inurit, incendiis, devastationibus, prostitutionibus, sacrilegiis in captivos saevientibus. (I. VII, 427, p. 171—173.)

Inc.: „Non potuimus non commoveri lectione litterarum excellentie vestre quas.. In rogatis, 9 sept., 1509.“ V. n. 729. **732.**

1509.
10 septembris.

Maximilianus rex litteris per iacula ultra moenia Patavii proiectis, excitat Patavinos ut Venetis sedi apostolicae rebellibus obedientiam denegantes, ad Maximilianum legitimum eorum principem redeant; iis abnuentibus ob oculos ponit mala ingruentia *obsidionis*, *expugnationis*, *incendiorum*, *occisionum*. (I. VII, 427, p. 161—162.)

Inc.: „Significamo a tutti capetani, proveditori e soldati cusì da cavallo come da piedi . . . In castris, 10 septembris, 1509.“ **733.**

22 septembris.

Idem modo eodem eadem repetit, spondens praemia, servitium in exercitu, stipendia aucta; eos in Turcas pugnaturos ut animarum quoque saluti provideant. (I. VII, 427, p. 162—163.)

Inc.: „Considerando noi in questa nostra terra di Padova attrovarsi . . . Ex castris apud Paduam, 22 septembris, 1509.“ **734.**

1 octobris.

Idem potestati et deputatis oppidi *nostri* Montagnanae significat quod cum adstringatur ab obsidione Patavii, militum et armorum vi fortiter defensi, pro tempore recedere, statim victualia opportuna pro hominibus et equis, sicut iuraverunt, praemittant, praesertim quod Liniaci obsidionem apparet. (I. VII, 427, p. 163—164.)

Inc.: „Non dubitiamo ve sia manifestamente cognito come li Venetiani inimici nostri . . . In castris apud Paduam, 1 octobris, 1509.“ **735.**

17 octobris.

Senatus venetus communitati Augustae caeterisque communitatibus et principibus Germaniae significat Maximilianum quaeque tentasse ut Paduam a Venetis recuperatam expugnaret, multis tormentorum generibus moenia quassasse, tamen re infecta ab oppugnatione discessisse. Deplorat propositum regis belli Venetis inferendi; sperat pacem et concordiam cum eo futuram, dummodo communitates Nurembergae, Argentinae, Ulmi, Kempten, Memmingen, Salisburgi, quibus datae litterae, se amice interponant. (I. VII, 427, p. 225—227.)

Inc.: „His proximis preteritis mensibus litteris nostris omni cum sinceritate successus . . . In rogatis, 19 oct., 1509.“ **736.**

1509.
14 novembris.

Hieronymus Savorgnanus Philippo et Priamo, ac fratribus Vincentio et Nicolao Throno refert de expugnatione Vicetiae, de ordine quo Alemanni inde egressi sunt, denique de pompa qua Veneti urbem accesserunt. (I. VII, 427, p. 252—253.)

Inc.: „Luni, come vi scripsi, partimo da Padoa per questa impresa . . . Vincentie, 14 novembris, 1509.“ **737.**

16 novembris.

De Venetorum dominio breviter diruendo et ut ad cor convertantur. (L. XII, 209, f. 29—44.)

Elegia (distichis 60) Zachariae Fereri vicentini, subasiensis abbatis incip.:

„Adriaci regina maris veneteque paludis
Plangito et in lachrymis pallida tinge genas.“

Poeta malo omine vaticinatur Maximilianum rempublicam venetam proxime eversurum, eamque proprio subditurum dominio:

„Cesareas aquilas tua per vexilla videbis
Hisque inclinabis seditiosa caput.“

Sub fine: „Datum Venetiis, XVI cal. dec. 1509.“

Zachariae Ferreri elegiam excipiunt a. Responsio Democriti philosophi (distichis 62), quae incipit:

„Qui te fatidici dignum cognomine vatis
Esse putas, nosti nil tua signa, miser.“

b. *Epigrammata* (105) eiusdem *in Zachariam monacum maledicum in Venetos.* **738.**

1509—1513.

Aloysii Porto epistolae italae de armorum successu in Lombardia, Romagna, Marca tarvisina et Foroiulii, cum inter rempublicam venetam et caesarianos dimicaretur. (I. VI, 1, f. 1—218.)

Auctor, patricius vicetinus, veritate ac diligentia prope singulari pugnas, quibus magister equitum intererat, eleganter descripsit ab anno millesimo quingentesimo nono ad quingentesimum decimum tertium inceptum, quas ad vigesimum usque quintum

ennarrasset, nisi mors anno 1529 operi absolvendo obstitisset. De editis ex codice v. Valentinelli, 'Bibliografia del Friuli', Venezia, 1861, p. 29. **739.**

1510. Ad rever. et illustr. sacri romani imperii electores, reliquosque inclitos in concilio augustensi Germanorum principes carmen (hexam. 389) exhortatorium (ad pacem). (L. XII, 209, f. 50—56.)

Inc.: „Magnanimi proceres, quorum sapientia nostro
Non eget, et claris virtus exercita factis
Consilio." **740.**

2 februarii. Senatus venetus principi Friderico de Saxonia conqueritur quod, cum Veneti in id semper incubuerint ut Maximiliano plenam eorum voluntatem testarentur, tamen rex propositionibus pacis aures non adhibuerit, nec abhorruerit ab incendiis, rapinis, violentiis ac sanguinis humani effusione. Rogat ut causam venetam in concilio augustensi foveat. (I. VII, 427, p. 437—438.)

Inc.: „Etsi aliis nostris ad illustriss. principes et status excellentissimi conventus augustensis . . . 2 febr., 1510." **741.**

Laus perpetua Maximiliani regis quem Vicetia servatorem liberatoremque acclamat. (L. XII, 209, f. 62—64.)

Inc.: „Si nostre natura parens tribuisset in uno
Corpore nunc urbi te coram assistere, cesar,
Posse, animumque tibi devotum pandere aperto
Pectore, venisset Vicentia tota serenam
Hanc faciem spectare. . . ."

Carmen a Marino Sanudo in codice exscriptum puto Zachariam Ferreri vicetinum auctorem habere. **742.**

26 martii. Commissarii regii Marosticensibus significant Vicetiam se Maximiliano dedisse, de quo villas iis subditas instruant; quiete degant; ne audeant *Marce, Marce* exclamare; signum rubri et

albi coloris insumant, depraedationibus in viis publicis obstent. (I. VII, 428, p. 320.)

Inc: „Essendo data questa magnifica comunità di Vicenza alla devotion della imperial maestà . . Vicetie, 26 martii, 1510.“ **743.**

1510. 27 martii. Andreas Civran provisor in Histria senatui Veneto refert quod, cum intellexisset tormenta bellica ab inimicis Tergesto recepta, Poglavum accessit, inde Cernichal praeteriens, Vichem castrum ultra Postoinam obsedit, unde postmodum recessit, non sine incendiis, caedibus, depopulatione. (I. VII, 428, p. 48—49.)

Inc.: „Havendome sabado delle palme posto in camin per andar verso Sotorian . . Justinopoli, 27 martii, 1510.“ **744.**

15 aprilis. Maximilianus rex populo et habitantibus Venetiarum suadet ne iuvenum recens in nobilium numerum cooptatorum mancipium facti, ferant reipublicae iura ab iis proculcata, religionem et iustitiam flocci factam, aliena dominia occupata; potius vero sub alis romani imperii se recipiant, nec caesaris qua ecclesiae Dei advocati patrocinium respuant. (I. VII, 428, p. 268—271.)

Inc.: „Maximiliano . . alli spectabili . . essendo nui desiderosi che tutte le action et progressi nostri siano noti . . . Augusta, 15 aprile, 1510.“

Epistolae ab ipso Maximiliano folio maiori Augustae editae, clamque Venetias transmissae exemplaria perrara ita sunt ut Venetiis tria tantum extent in bibliotheca Marciana, in muscieo Corrario, apud equitem Emman. Cicogna. Edidit Alberus in 'Relazioni degli ambasciatori veneti', Firenze, 1862, ser. I, vol. VI, p. 61—65. **745.**

20 maii. Joannes Jacobus Trivultius duci Venetiarum Andream Basilium captivum restituit, pro quo Biasinum Crivelli sibi mitti rogat. (I. VII, 428, p. 312.)

Inc.: „Io non userò tante ceremonie con la maestà vostra, come soleno fare questi altri . . Ex castris regiis apud Montagnanam, 20 maii, 1510,“ **746.**

1510.
19 iulii.

Petrus de Navarro, exercitus hispanici capitaneus narrat viceregi Siciliae proelium Tripolitanis commissum et victoriam de iis partam. (I. VII, 429, p. 337—338.)

Inc.: „El iueves de magnana dia de sant Jago pluve a nuestro segnor amanissimos con larmada . . Tripoli, 19 iulii, 1510.“ **747.**

30 augusti.

Senatus Venetus cardinali toletano, quod gratia et auctoritate apud regem Hispaniae polleat, gratulatur de victoria tripolitana. (I. VII, 429, p. 164.)

Inc.: „Quod res istius serenissimi atque catholici regis in Africa tam feliciter successerint . . Venetiis, 30 augusti, 1510.“ **748.**

30 augusti.

Idem Carolo Hispaniarum regi de victoria tripolitana gratulatur. (I. VII, 429, p. 163—164.)

Inc.: „Cum res antea a maiestate vestra feliciter geste auditu nobis gratissime semper fuere . . Venetiis, 30 augusti, 1510.“ **749.**

2 septembris.

Idem de victoria in tripolitanam urbem parta viceregi Siciliae, *utpote cui huius victoriae non parva portio communicatur*, gratulatur. (I. VII, 429, p. 197.)

Inc.: „Etsi pro officio veteris atque immutate amicitie que nobis intercedit cum regia . . Venetiis, 2 sept., 1510.“ **750.**

1511.
7 februarii.

Foedus haereditarium inter Maximilianum et Helvetios, die 7 februarii, anni 1511 percussum. (I. XI, 131, f. 77—81.)

Inc.: „Noi Massimiliano . . a nome proprio et come procurator et a nome dell' ill. Carolo arciduca d'Austria . . et noi della lega degli Helvetii . . confessiamo.“

Compendium foederis quod gallice edidit Du Mont in 'Corps universel', 1726, tom. IV, part. I, p. 133—135. In eo tractatu compositiones annorum 1474, 1477 menti revocantur. **751.**

1511.
1 iulii.

Ad magnificum patricium venetum, ultimumque Veronae quaestorem d. Joannem Permarinum, *Alexandri de Sanbonifacio* veronensis diacosiometron elegiacum (distichis centum), quo se in principum suorum inviolabili fide perstitisse demonstrat, calamitose insinuans Veronam in barbaricam servitutem concessisse, *cum obtestatione Maximiani imperatoris ipsam inique agentis*; a divoque Marco patriae liberationem implorat, amicumque suum ut id pro mutua commiseratione senatus veneti efficiat proseutice postulat (L. XII, 211, f. 93—97.)

Inc.: „Forsitan unde tibi dentur nova carmina queras
Et veniat lachrymis mesta elegia suis."

Praeit epistola auctoris data Veronae, calend. iulii, 1511. **752.**

27 augusti.

Commissarii caesarei castrorum in agro tarvisino praefectos monent ut mittant nuntios cum facultate fidelitatis iuramentum praestandi, sub poena caesareae indignationis igne et ferro exercendae. (I. VII, 430, p. 335.)

Inc.: „Mittimus ad vos comitem Joannem Antonium de Collalto, presentem tubicinem . . In felicissimis castris ad plebem Montis Belluni, 27 aug., 1511." **753.**

19 septembris.

Capitaneus, locumtenentes et commissarii exercitus caesarei nuntiant communitati Sancti Danielis in eius damna venisse, *in penam perfidie et diabolice obstinationis*, nisi quaedam praestet. (L. XIV, 102, n. 490.)

Inc.: „Ne aliquid relinquamus intactum, antequam condescendamus ad exequenda mandata . . Ex castris, 19 sept., 1511."

Edidit Jos. Barbaro in 'Cronaca della magn. communità di S. Daniele, di Girolamo Sini' — Venezia, 1865, p. 86—87. **754.**

21 septembris.

Hieronymus Savorgnanus tubicini caesareo, Osopi deditionem requirenti, respondet fidelitatis iuramentum dominio veneto praestitum a se nuspiam infringendum: Antonii Savorgnani affinis sui proditionem asperioribus verbis exprobrat. (I. VII, 430, p. 460—461; XI, 66, f. 165—166.)

Inc.: „Non reputa el fidel Savorgnan esser demerità da vui, excellentiss. signori capitanei et cesarei commissarj . . Sul invictissimo monte di Osopo, adi 21 septembrio, 1511."

Epistolam diei 20 septembris, cui Savorgnans respondet, dedit Barbaro in iisdem Sini chronicis, p. 88—89. **755.**

1511.
4 octobris.

Foedus inter Julium II pontificem, regem Hispaniae et dominium Venetiarum. (I. VII, 431, p. 64—68.)

Inc.: „Julius episc. . . . Cum civitas nostra bononiensis s. r. e. immediate subiecta et adeo pleno iure pertinens . . Rome, 4 octobris, 1511"; subscriptis Hieronymo de Wich oratore hispano et Hieron. Donato veneto.

Ligae, uti dicunt, ideo initae ut Bononia rebellis pontifici restituatur, designantur capitanei ac vis exercitus terra marique ab unaquaque parte comparanda, Maximiliano, nec non cuique christiano regi facultate data foederi accedendi. Edidit Lünig II, 798.

Cuius momenti foedus hoc Venetis esset clare ostendunt festa ob id Venetiis celebrata, ac praesertim pompa maxima quae die 20 octobris habita est, quam Marinus Sanudo minutatim, pag. 97—112 eiusdem codicis describit. **756.**

1512.
6 aprilis.

Capitula indiciarum inter Maximilianum et dominium venetum. (L. X, 309, n. 24; I. VII, 432, p. 84—88.)

Inc.: „In nomine . . Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis quod cum sanctissimus . . Rome, 6 aprilis, 1512."

Julio II pontifice et Ferdinando Aragoniae ac utriusque Siciliae rege instantibus, ad dissensiones declinandas et pacem instaurandam, in conspectu pontificis et cardinalium Antonii de Monte ac Petri de Accoltis, nec non Melchioris de Campania, notarii Camerae apostolicae, equites Hieronymus de Wich ac Franciscus Foscari, ille Maximiliani, iste Venetiarum ducis oratores et procuratores conveniunt *de treugua et indutiis* intra duos menses ratificandis ac promulgandis, quae ad integrum mensem ianuarii proximi futuri perdurent, eo pacto ut terminis constitutis et sub spe pacis, Veneti Maximiliano quadraginta millia ducatorum auri persolvant. **757.**

1512.
22 aprilis.

Consilium cantonum Helvetiae, cum ex Ulrico libero barone de Altosano ac eius litteris resciverit pontificem a Francorum rege iniustis oppressionibus vexari, refert cardinali sedunensi nuntio apostolico Venetiis die iovis post inventionem sanctae crucis, non obstantibus honestis pacis conditionibus iis oblatis, paratos esse Helvetios ei regi tanquam romanae ecclesiae hosti bellum movere, primumque mediolanensem ducatum esse aggressuros. (I. VII, 432, f. 166—167.)

Inc: „Reverendissime . . Offerimus paternitati vestre paratissima et promptissima obsequia . . . Turici, 22 aprilis, 1512.

758.

3 maii.

Matthaeus Drevitius episcopus presmiliensis et cancellarius regis Poloniae, veneto Nicolao Georgio quond. Bernardi refert se a negotiis, quibus hucusque est implicatus, quandocumque avulsurum ac Venetias venturum. Poloniae regem asserit plurimum *inclytam Venetiarum urbem* diligere, ac in eo totum fuisse ut oratorem ad Maximilianum mitteret, qui curaret res inter pontificem et Venetos componendas, quod tamen quibusdam ex causis minime obtinuit. Narrat de bello pene haereditario regis Poloniae cum *Scithis* quos *Tartaros Tauricos* vocant, quorum viginti millia die resurrectionis paraverunt regnum aggredi. (I. VII, 432, f. 348—349.)

Inc.: „Proficiscente hoc meo cognato istuc et subinde ad sacrum sepulchrum domini . . Ex castris, 3 maii, 1512.“ **759.**

20 maii.

Ratificatio treuguae (V. num. 757) facta per Maximilianum in oppido Lucemburgi. (I. VII, 432, p. 241—242.)

Inc.: „Recognoscimus et tenore presentium profitemur universis quod cum iam ab aliquo tempore . . Die 20 maii, 1512.“

Maximilianus capitula Romae obsignata die 6 aprilis huius anni ratificat, conditionibus additis quod captivi utrinque dimittantur, Veneti vero teneantur decem millia ducatorum loco quadraginta millium solvere. **760.**

1512.
mense maio.

Henricus rex Angliae et Franciae, Maximiliano regi conquestus ob christiani sanguinis effusionem graviora Dei ecclesiae illata esse damna, regem laudat ob expeditionem in infideles paratam, quam tamen differendam quod rex Galliae inde argumentum sumat vires amplificandi ac pontificis iura invadendi. (I. VII, 433, p. 163—165.)

Inc.: „Henricus . . . Legimus vestre sacratissime maiestatis litteras, quibus ea sanguinis christiani . . maio, 1512.“ **761.**

16 iunii.

Ludovicus Gallorum rex dolet consili Helvetii Friburgi, quod aviis hostium suggestionibus fidem praestantes eum credant bellum contra pontificem acturum. Rogat ut beneficia a se illis praestita, praesertim Cameracii, mente recolentes, ei bellum in mediolanensi ducatu minime inferant, et in antiqua amicitia ac liga perseverent. (I. VII, 432, f. 350—351.)

Inc.: „Certiores facti sumus pluribus locis vos parare ad sumendum arma ut intretis Italiam . . . Blesis, 16 iunii, 1512.“ **762.**

mense augusto.

Capitula concordii sive confoederationis inter ill. Maximilianum ducem Mediolani ac strenuos ac potentes dominos Helvetios. (I. VII, 433, p. 44—45.)

Sex capitulis Maximilianus spondet dare Helvetiis 1. centum quinquaginta millia ducatorum; 2. castra Lugani, Lucarni et Domodossulae; 3. exemptionem victualium in ducatu mediolanensi; 4. quadraginta millia ducatorum quatuor testonum pro singulo, annuatim; 5. auxilium in bellis; 6. stipulationem pacti in diaeta proxima badensi. Helvetii capitula approbant ac promittunt dare duci Mediolani vel eius locumtenenti civitatem Astensem, Vallem Entelmam et Valtellinam; sex millia peditum usque ad exactum bellum, plures etiam dummodo singulis quatuor floreni rhenenses exsolvantur; datis conditionibus se teneri asserunt duci Mediolani defendendo ac recuperandis civitatibus et castris eum ducatum spectantibus. Capitula ut et responsum Venetias

Mediolano transmisit Jacobus Caroldus a secretis, die nona septembris, 1512. **763.**

1512. mense septembri

Summarium capitulorum Prati initorum inter Maximilianum regem et rempublicam florentinam, mense septembri, anni 1512. (I. VII, 417, p. 381—382.)

Spondet Maximilianus reipublicae florentinae patrocinaturum; peditibus equitibusque, ubi opus erit, suppetias iturum; Prati cessionem: respublica vero copiarum subsidium, neapolitanis periculis declinandis; cardinalem Medicem et asseclas patriae restituendos; quadraginta scutorum millia regi semestri tempore soluturam. **764.**

11 septembris.

Georgius episcopus tridentinus pro Maximiliano Veronae locumtenens negat Danieli Dandulo provisori Salodii salvumconductum, quod, eo non obstante, timeat *represaleas* Alemannorum nimis contra Venetos concitatorum. (I. VII, 433, p. 19—20.)

Inc.: „Habiamo visto quanto scrive la spettabilità vostra a questi consiglieri cesarei . . . Verone, 11 septembris, 1512. **765.**

6 octobris.

Dux Venetiarum dolet Maximilianum malo animo in venetam rempublicam succensum, quod iniuria credat Franciscum Capello oratorem mandatorum fines excessisse, et quosdam ex senatu veneto auctores fuisse incendiorum in Austria, aliisque imperii provinciis patratorum. (I. VII. 433, p. 170—171.)

Inc.: „Magnificus dominus Joannes Baptista Spinellus, illustris comes Cariati, orator sereniss. . . Venetiis, 6 octobris, 1512." **766.**

25 novembris.

Publicatio foederis initi inter Julium papam II et Maximilianum Romae facta die 25 novembris, 1512, foedere anno superiori in integrum servato, Venetis exclusis. (I. VII, 433, p. 380—384.)

Cum Maximilianus Venetos insimulasset quod Vicetiam aliasque venetae ditionis urbes recuperare aggrederentur contra pacta anni superioris, novum foedus, per Matthaeum cardin. gurcensem eius locumtenentem in Italia, cum pontifice percutit, cuius haec capitula: 1. Maximilianus sedem apostolicam contra quoscumque defendat. 2. Idem qua sanctae ecclesiae advocatus, unum concilium lateranense germanum, conciliabulum pisanum nullum declaret. 3. Neuter iura subditorum alterius partis tueatur, absque eius principis licentia. 4. Maximilianus nullo modo hostibus pontificis, praesertim Alphonso estensi et fratri Hypolito cardinali ac Bentivolis ibit suppetias. 5. Veneti a foedere et pace excludantur. 6. Nulla pars cum principe christiano in damnum alterius negotietur. 7. Infra bimestre tum pontifex tum rex suos foederatos nominet qui tractatui accedant.

Hoc foedus editum est Romae, 1512, foliis 4. 4°. **767.**

1512.
25 decembris.

Maximilianus rex Jo. Bapt. Spinello comiti de Cariati, oratori Aragon. regis nuntiat noluisse acceptare inducias cum Venetis pactas, nisi pecuniae summam ei numerent *et falcones sacharos qui capiuntur in Cypro et Candia insulis, quorum in pedibus soni nolarum dulciores sunt auditu quam sonitus bombardarum in manibus magistratuum eorum.* (I. VII, 433, p. 484—485.)

Inc.: „Magnifice dilecte. Constat ex capitulis induciarum quas proxime pepigeramus cum Venetis . . . Landau, 25 decembris, 1512." **768.**

Cardinalis gurcensis, nomine Maximiliani, ad schisma avertendum et foederis die 25 novembris 1512 percussi capitula exequenda, revocat quodcumque mandatum conciliabulo pisano concessum, eius acta inita declarat et adhaeret tantum concilio lateranensi. (I. VII, 433, p. 407—408.)

Inc.: „Ego vigore dicti mandati cesaree maiestatis . . ad abolendum omne schisma." **769.**

1513.
28 ianuarii.

Dilatio induciarum inter Maximilianum et Venetos, die 6 aprilis anni 1512 initarum, *per totum mensem* februarii proxime futurum. (L. X, 309, n. 26.)

„Actum in palatio ducali (Venetiis), 28 ianuarii, 1513." **770.**

30 martii.

Dilatio altera per totum mensem aprilis, ex mandato Maximiliani dato Ulmae die 15 martii. (L. X, 309, n. 27.)

„Actum in palatio ducali, 30 martii, 1513."

V. numm. 757, 760, 770. **771.**

Andreas Lauredanus armorum provisor laudat capitaneos Paduae quod, eorum ab urbe exitu opportuno, libertatis sedem animo interrito defenderint. Hostem omnis commeatus inopia laborantem insequantur; non milites sed latrones urgendos esse; non cum exercitu sed cum eius reliquiis dimicandum, unde victoriam, Deo dante, non defuturam confidant. Italiam universam, cui exterarum gentium invidia ruinam minitata est, grandia sibi ab iis spondere; Senatum iam animo agitare quo praemio tanta sit rependenda virtus. (I. VII, 783, f. 290—291.)

Inc.: „Havendo dalle nostre lettere et dalla relatione di molti il senato inteso con quanto ardire . . ." **772.**

7 octobris.

Rainerius de Cardona prorex Neapolis cardinali gurcensi refert, ex Albareto per Montagnanam et Athestem Bubulentam contendisse, quo bona direpta et plures captivi ducti sunt; inde celeri cursu incendio absumpsisse Plebem Saccensem, Mestrem, Lizzam Fusinam, quo loco plures tormentorum bellicorum ictus Venetias versus proiecisse: Bartholomaeum Alvianum ex Patavio, magno exercitu, imperialibus obstitisse, unde per Bassanum et Cittadellam continuo certamine Vicetiam intravit. (I. VII, 435, p. 205—208.)

Inc.: „Pro exequendis rebus a d. v. r. iam mihi commissis 24 die preteriti mensis . . . Vicetie, 7 octobris, 1513." **773.**

3 novembris.

Leo papa X proregem Neapolis hortatur ne arma in Venetos adhibeat, cum hi eius arbitrio remiserint discordiarum

causas inter eos ac Maximilianum regem. (I. VII, 435, p. 270—271.)

Inc.: „Per eas quas ad nobilitatem tuam his diebus litteras dedimus, quibus te certiorem reddebamus. . . Rome, 3 novembris, 1513. **774.**

1514.
3 martii.

Joannes Neunausser et Scipio Horabonus, caesarei Foriiulii locumtenentes mandant communitati Sancti Danielis ut illico ad exercitum mittant centum *quastadores* et sexaginta currus. (L. XIV, 102, n. 486.)

Inc.: „Havemo havuto dai sp. deputati della patria che havete dove da nostra parte . . . Utini, 3 martii, 1514. **775.**

19 martii.

Christophorus episcopus labacensis, Christophorus de Frangepanibus, Joannes de Auersperg, Georgius de Frauensperg, commissarii caesarei mandant communitati Sancti Danielis die crastina transferant Venzonum decem dolia vini, caesareae maiestati addicta. (L. XIV, 102, n. 484.)

Inc.: „Vi comandemo che domani infallanter debiati mandar con li carri vostri diese bote de vin . . Ex castris sub Osopo, 19 martii, 1514.“ **776.**

22 martii.

Joannes Neunausser et Scipio Horabonus iuratis oppidi Sancti Danielis et communitati mandant ut *faciant executionem in bonis mobilibus* Bertrandi de Asquini absentis, quod taleam ei irrogatam minime absolverint. (L. XIV, 102, n. 489.)

Inc.: „Recepimus litteras vestras quibus nobis significatis gastaldionem vestrum ab oppido isto . . Utini, 22 martii, 1514.“ **777.**

25 martii.

Episcopus labacensis et caeteri commissarii caesarei mandant communitati Sancti Danielis ut homines numero quindecim in epistola exscriptos mittant ad castra, sub rebellionis poena. (L. XIV, 49, f. 224.)

Inc.; „Vi comandemo che imantinente vista la presente . . . In felicissimis castris sub Osopo, 25 martii, 1514.“ 778.

1514.
4 augusti.

Foedus inter Maximilianum regem et Basilium magnum Moscoviae principem contra Sigismundum regem Poloniae et magnum ducem Lituaniae. (I. XI, 131, f. 113—116.)

Inc.: „Secondo la volontà di Dio e la nostra affezione, noi Massimiliano . . . abbiamo stabilito . . . Ex urbe Bruridenacii, 4 aug., 1514.“

Momenta potissima huius pacti, quod nec in Du Mont, nec in Lünig legere est, eruenda videntur ex occupatione per Sigismundum facta tum castrorum ordinis teutonici in Borussia, tum locorum aliquot in Moscovia. 779.

17 augusti.

Dux Venetiarum Wladislao Hungariae et Bohemiae regi rationum momenta exhibet quibus Christophorum de Frangepanibus captivum retinet; asserit venetam classem minime, ut percrebuerat rumor, oppida Bernardini de Frangepanibus depopulata fuisse; unam tantum biremem quaedam loca illi finitima infestasse, ad vindicandas iniurias venetae dignitati illatas. (I. VII, 436, f. 388—389.)

Inc.: „Accepimus nuper a maiestate vestra litteras que pergrate nobis quidem fuere . . . 17 augusti, 1514.“ 780.

12 septembris.

Sigismundus rex Poloniae Wladislao regi ec. significat post conflictus 28 augusti et 1 septembris, quibus hostem ultra Boristenem propulsaverat, tandem die natali b. Mariae Virginis octoginta hominum millia fudisse, triginta millibus caesis, eoque arcem Dambrovono recuperasse, ac brevi Sinoleusbo reliquasque esse occupaturum. (I. VII, 437, f. 167—168.)

Inc.: „Post proditam arcem nostram Sinoleusbo, hostis noster longe insolentior quam antea . . . In castris apud Burissom, 12 sept., 1514.“ 781.

1514. m. septembri. Janus Vitalis panormitanus Joanni Baptistae Pisoni ferrariensi Hungarorum cruciatam anno 1514 factam describit tenuioribus historiae momentis, et infandam saevitiem utrinque patratam. (I. VII, 437, p. 63—65.)

Inc.: „Thomas sacros. ecclesiae cardinalis strigoniensis . . . superiori anno creatur, magnoque apparatu ad legationem proficiscitur . . . Romae, 1514." 782.

29 septembris. Matthaeus Drevitius episcopus wratislaviensis et cancellarius spondet Nicolao et Bernardo filio de Georgiis, patritiis venetis, se statim Venetias collaturum ac ab agendis regis negotiis liber extet. Miseret de hostibus eam urbem agitantibus, praesertim cum Sigismundus recens victor de octoginta millibus Moschovitarum evaserit, tribus nobilium captivorum millibus deprehensis. (I. VII, 437, p. 263.)

Inc.: „Cum conditio temporum et vos et nos turbantium adeo vehementer inolevit ut alter alteri . . . Vilne, 29 septembris, 1514." 783.

22 octobris. Idem cum iisdem se excusat de intermissione litterarum ob gravia negotia cum Tartaris et Moscovitis. Sigismundi victoriam hos contra iterum memorat, addens descriptionis epistolam: ad alium episcopatum se translatum dicit, cui, cum primum licuerit, operam navabit suam. (I. VII, 437, f. 264—265.)

Inc.: „Versantibus nobis nunc in remotis Sarmatiae oris et bellis gravissimis occupatis iam cum Tartaris . . . Vilne, 22 octobris, 1514." 784.

3 novembris. Leo papa X mittit Maximiliano epistolam Selymis qua Racusinis victoriam de Ismaele Sophi nuntiat, eoque regem validioribus argumentis movere contendit ut, spretis quibuscumque discordiae causis inter eum aliosque principes christianos, foedus contra Turcas curet feriendum. (I. VII, 437, f. 165—169.)

Inc.: „Audita ea victoria quam ingentem et maximam Selymis Turcarum tyrannus contra Ismaelem Sophi . . . Rome, 3 nov., 1514." 785.

1515.
3 februarii.

Curiales Maximiliani regis, cum veneta respublica captivorum redemptionem mutuam ei obtulisset, mittunt Bartholomeo Liviano capitaneo Venetorum generali litteras patentes eiusdem regis, quibus proregi facultas data huiuscemodi liberationis tam Germanorum, quam Hispanorum cum Venetis tractandae. (I. VII, 437, f. 331—332.)

Inc.: „Accepimus litteras vestras ex quibus pariter et ex Epershofer germano earundem latore .. Inspruck, 3 febr., 1515." 786.

3 februarii.

Iidem eidem conditiones proponunt pro mutua captivorum relaxatione. (I. VII. 437, f. 330—331.)

Inc.: „Cum temporis opportunitas sese in presentiarum obtulerit ut nos pietatis venerando operi adducti . . . Inspruck, 3 febr., 1515." 787.

26 iulii.

Cardinalis gurcensis comitem Christophorum de Frangepanibus Venetiis in *Turrisella* captivum consolatur: adversam fortunam imperturbato animo perferat; confidat iustitiae suae causae, praesertim vero amicorum studiis in eius liberatione procuranda, nihil laboris eum praetermissurum ut demum patriae et amicis restituatur. (I. VII, 439, p. 62.)

Inc.: „Quantum ex hac longa captivitatis vestre mora discrucier, tantisque suis laboribus ex animo compatiar . . . Vienne, 26 iulii, 1515." 788.

13—14 septembris.

De victoria Barthol. Liviani in Helvetios apud Merignanum. (I. XI, 66, f. 53.)

Epigramma italum incipit: „Magnanimo Livian nell' arme un Marte." 789.

1516.
mense martio.

Dux Venetiarum mittit Ludovico Hungariae regi oratorem Antonium Surianum, qui condoleat de morte Wladislai eius patris; certiorem reddat regem de amoris et observantiae continuatione reipublicae venetae, qua occasione regis demortui ac viventis panegyrim texit. (I. VII, 440, f. 62—63.)

Inc.: „Audito nuper obitu seren. parentis regie maiest. vestre, ea sane animi molestia . . . Venetiis, . . martii, 1516.“ 790.

1516.
15 martii.

Oratores confoederatorum ligae Helvetiorum Alamanniae superioris de 13 cantouibus Leonem papam X deprecantur ut pacem et concordiam inter Maximilianum regem, regem Galliae et Venetos componat; Helvetii enim pecuniis allecti modo uni, modo alteri, modo omnibus serviunt ea conditione ut fratres in fratres pugnent; semper vero christianus sanguis effundatur: ea de re mittunt oratorem Ennium (Filonardum) episcopum verulensem. (I. VII, 440, f. 131—132.)

Inc.: „Cum hucusque inter seren. atque invictiss. principem et dominum nostrum gratiosum . . . Turici, 15 martii, 1516.“

Hac super re pacta anno eodem ab Helvetiis cum pontifice inita sunt, quorum summarium lege p. 382—383 codicis 417 classis septimae mss. italorum. 791.

14 iunii.

Maximilianus rex gubernatorem Veronae caesareum Joannem Baptistam Spinellum comitem Cariati ac consiliarios et cives Veronae hortatur ut concorditer et in fraterna amicitia vivant. (I. VII, 440, f. 267.)

Inc.: „Per fidelissimum nobilem oratorem illius constantissime civitatis nostre intelleximus . . Perzen, 14 iunii, 1516.“ 792.

3 decembris.

Capitula foederis inter Maximilianum ac Francorum reges Bruxellis celebrata, die 3 decembris. (I. VII, 785, f. 204—208; 1217, f. 2—8.)

Utraque pars belli, aerumnis avertendis paciquae universae restituendae, foederi insistens iam Hoionis percusso inter Galliae et Hispaniae reges, in haec coit quae summatim et tumultuarie refero. Anteactorum oblivio; arctiora inter eos necessitatis vincula; facultas quidquid agendi inter aequi limites utrinque data; utrinque auxilii vices exolutae; nonulli subsidium, altera parte insciente, praestitum. Consultum de viarum vectigalibus, damnis alteri parti inlatis reficiendis. Plura de Verona a Maximiliano

regi Galliae tradenda pretio centum millium ducatorum auri, de oppidis Riva et Roveredo, deque locis in Foroiulii a Maximiliano occupatis eidem relinquendis. Ulterius de accessione huic foederi futura per pontificem, Hispaniae regem et Venetos. Italam documenti versionem habes in codice 309 class. X. mss. latin. n. 31, 32.

His adduntur exemplar instructionis Bles 20 decembris, 1516, per Galliae marescallum de Lautrec Andreae Gritti apud exercitum provisori generali datae, qua induciae per menses octodecim cum Maximiliano proponuntur, conditionibus pactis de Verona Venetis restituenda, solutis bis centum millibus ducatorum; ut et litterae eiusdem provisoris, sereniss. duci ex Villafranca die 3 ianuarii anni 1517 missae, super eodem argumento. **793.**

1516.
16 decembris.

Salvusconductus pro personis et animalibus stipendiariis et non stipendiariis communitatis Goriciae, eo pacto ut ea solvat Jacobo Cornelio locumtenenti patriae ducatos centum, Antonio Bellono notario. (L. XIV, 49, f. 181.)

Inc.: „In Christi . . . Quum tractatum fuerit . . . Utini, 16 decembris, 1516.“ **794.**

Summarium pacis et foederis inter Maximilianum regem, Carolum Hispaniarum et Henricum Angliae reges, anno 1516. (I. VII, 417, p. 383—384.)

His capitula concluduntur: singuli non solum sibi obsint, sed si casus inciderit, sibi invicem auxilium praestent; nemo, alterius iniuria, foedus cum aliis feriat; cuivis principi data facultas foedus adeundi; in eo comprehendantur Leo papa X et Helvetii. **795.**

1517.
mense maio.

Dux Venetiarum episcopo tridentino conquerenti quod Bartholomaeo de Mapheis, aliisque veronensibus Maximiliani regis agentibus, molestiae a Veronae procuratore illatae sint, respondet et peculiari reipublicae instituto et desiderio rem gratam

Romanorum regi praestandi, mandasse ut modo dicti nullam molestiam patiantur. (I. VII, 442, f. 204.)

Inc.: „Illustriss. dominus de Lutrech, christianiss. regis in Italia generalis locumtenens . . . Venetiis, . . maii, 1517." 796.

1518. 5 maii. Leo papa X Maximilianum ad arma pro tuenda Dei ecclesia capessenda hortatur. (Zan. L. 191, f. 196.)

Inc.: „Quare ut res ita se habeat, cape arma manu, princeps fortissime . . Rome, 5 maii, 1518." 797.

8 maii. Idem creat, *ad clarissime marchionum brandeburgensium prosapie perpetuum decus*, Albertum Magdeburgi archiepiscopum in cardinalem. (Zan. L. 191, f. 195.)

Inc.: „Te igitur ad honorem omnipot. Dei et totius curie celestis laudem et gloriam, personeque tue ornamentum . . . Rome, 8 maii, 1518. 798.

20 augusti. Herasmi Vitellii episcopi plocensis oratio habita in augustensi conventu ad Maximilianum, nomine Sigismundi regis Poloniae, die veneris, XX augusti, ann. Domini MDXVIII. (L. XIV, 246, f. 52—59.)

Inc.: „Venimus a rege nostro, sacratissime imperator, ad hunc celeberrimum conventum, quem solita vigilantia tua . . ."

Oratio ab Herasmo Roterodamo Jacobo Spiegel dicata, manu Marini Sanudi iunioris in codice exscripta, edita est Augustae Vindelicorum, in officina Millerana; serius a Reussner in 'Selectae Orat.' vol. I, 65; recens ab August. Theiner 'Monum. histor. Polon.' Romae, 1861, vol. II, p. 980—384. Pagin. 384—394 edita acta caetera eius legationis apud Leonem pontificem et Maximilianum imperatorem. 799.

26 augusti. Induciarum quinquennalium capitula inter Maximilianum et rempublicam venetam. Ambosiae, 1518. (L. X, 309, n. 33—34; I. VII, f. 505—508; 785, f. 208—209; 1217, f. 7 11.)

1518.
26 augusti.

Maximilianus et Veneti Galliae regis officiis indulgentes, induciis contrahendis deveniunt, oratoribus apud Franciscum regem constitutis, pro parte Maximiliani, Philiberto praeposito tregetensi et Hieronymo Brunet capitaneo de Brissacco; pro parte Venetorum, Antonio Justiniano. (L. X, 309, n. 33—34; I. VII, 443, f. 505—508; 785, f. 208—209; 1217, f. 7—11.)

Capitula haec: 1. Induciae citra dolum fraudemque conclusae incepturae prima die septembris proximi, absol. eadem die anni 1523.

2. Intra hoc tempus nil hostile eventurum ex utraque parte, quacumque de causa.

3. Subditi utrinque poterunt ultro citraque ire per aliorum terras, iisque immorari.

4. Veneti solvent Maximiliano viginti millia ducatorum, terminis constitutis.

5. Captivi utrinque relaxandi sine pecuniarum solutione.

6. Quoque anno Veneti Augustae Vindelicorum solvent in pecunia numerata valorem et aestimationem quartae partis redditiuum bonorum spectantium exules.

7. Iidem Veneti liberabunt Pasinum de Rufinis eiusque consortes *datiarios* et *firmarios* salis Veronae a pecuniis per eos perceptis quo tempore Verona Maximiliano parebat.

8. Ambo contrahentes retinebunt quae possident vi tractatuum Bruxellarum et Cameraci.

9. Condonabuntur et remittentur utrinque damna tempore belli illata.

10. In dubiis valeat interpretatio regis Galliae.

11. Articuli ratificandi et litterae in forma authentica expediendae.

12. Si Veneti officio deerint, rex pecuniam pactam solvet cum damnis et *interesse*.

Confirmata Augustae, 26 aug., 1518.

Commissio induciarum a Maximiliano oratoribus data, Oeniponti exarata die 12 aprilis, 1518, extat itale eodem codice 443, p. 509—510, ut pag. 508—509 extat ratificatio ducis Venetiarum diei . . . mensis . . . 1518, quae incip.: „Notum esse

volumus quod quum ad laudem et gloriam domini nostri Jesu Christi in terra Andegave, die ultimo mensis iulii nuperrime decursi." **800.**

1518.
28 augusti.

Maximilianus rex nuntiat consiliariis et commissariis belli in Foroiulii, inducias per annos quinque, suadente pontifice et mediatore Galliae rege, cum Venetis conciliasse, proptereaque iis indutiis nullo modo obsint. (I. VII, 444, f. 46—47.)

Inc.: „Fideli cari, noi vi damo a intender come la sanctità del papa per la grande vittoria et potentia del Turcho . . Auguste, 28 aug., 1518." **801.**

29 novembris.

Dux Venetiarum, devotionis ergo, mittit per Michaelem Graecum Maximiliano regi viginti falcones sibi ab insula Cretae nuper delatos, quibus *tempore relaxationis a gravioribus curis* utatur. (I. VII, 444, f. 189.)

Inc.: „Semper ea fuit mens et animus noster, totiusque status nostri ut nihil magis cogitaverimus quam cunctis . . Venetiis, 29 novembris, 1518." **802.**

29 decembris.

Maximilianus rex grates agit duci Venetiarum pro dono, quasi omine *melioris inter nos consuetudinis*; spondet egregios canes illi missurum, quando intellexerit Venetos factos *venatores camutiarum*. (I. VII, 444, f. 329.)

Inc.: „Reddidit nobis litteras vestras Michael Grecus et simul obtulit 20 falcones sacros . . Wuels, 23 decembris, 1518." **803.**

1519.
18 iulii

Summario di la relatione fata in Pregadi di ser Alvixe Bon el dotor ritornato ambasador dal serenissimo re di Hongaria adi 18 luio, 1519. (I. VII, 445, p. 345, 382—387.)

Inc.: „Considerando la causa che nel ritorno suo li oratori e noncii riferiscono ai soi signori . ." finit vero: dando la colpa a non sauer più e non al suo bon voler ec. Et vene zoso el principe lo laudoe de more."

Edidit Gustavus Wenzel in 'Actis acad. hungar.' Pestini, 1846, 8[8], seorsim impressum pag. 14.

Legatus cum bina legatione apud Poloniae et Hungariae reges esset functus, de utroque regno disserit, historiam, topographiam, vim uti dicunt oeconomicam eorum discurrens. Linguam alemannam Pestini tunc temporis vulgarem fuisse constat ex eo quod legatus asserat, proprium a secretis eam linguam tredecim mensium spatio apprime callere. **804.**

Interregnum — Conventus francofurdiensis — Carolus V imperator renuntiatus. (805—867.)

1519.
mense ianuarii.

Declarationes (latine) quas, pro servandis induciis, respublica veneta, ad dissidia amovenda, per suum oratorem, caesareis oratoribus proposuit. (I. VII, 446, p. 122—124, 139—143.)

Quae die secunda ianuarii exponuntur ea se referunt ad vexationes et occupationes locorum in Foroiulii, Brentonico, Avio, Mori, Alla, territorio veronensi, Covolo, Batistaneo, Ampetio, Cadubrio, agro vicentino, Histria ec., nec non ad possessiones Venetorum in dictis locis: quae die quarta nominatim, loca singula propius designant. Die vero decima quinta ianuarii oratores caesarei respondent nullam esse Venetis iustam conquerendi causam de caesareis agentibus, quod evincunt contrariis declarationibus refutatis. — Pag. 172—174 enuntiantur (itale) loca reipublicae ab imperatore retenta post induciarium denuntiationem. — Paginis vero 175—180 inscribuntur gravamina ex utraque parte die 27 ianuarii excussa, quoad locorum occupationem, praesertim vero quoad personas; prima octo pericopis in favorem Venetorum, secunda quatuordecim, extrema viginti tribus pro caesareis. **805.**

1519.
3 februarii.

Dux Venetiarum Carolo Hispaniarum regi dolet mortem Maximiliani patris, quam confidit aequissimo animo ferat, quod *mortem cum vita commutaverit.* (I. VII, 444, f. 385.

Inc.: „Cum acceperimus nuper sereniss. et excellentiss. d. d. Maximilianum Romanorum imperatorem electum. Venetiis, 3 februarii, 1519." **806.**

4 februarii.

Franciscus Galliae rex Ludovicum Hungariae et Bohemiae regem monet ut fidem praestet iis quae eius nomine communicabit Poncetus de Turre. Epistolae *expositio oratoris* iungitur qua Franciscus sibi suffragium ad imperialem dignitatem adipiscendam exspostulat, eius meritis in christianam rempublicam enumeratis. (I. VII, 455, p. 223—226.)

Inc.: „Mittimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Poncetum de Turre militem, dominum dicti loci. Parisiis, 4 febr., 1519." **807.**

6 februarii.

Carolus Hispaniarum rex Ludovico Hungariae et Bohemiae regi refert mortem Maximiliani regis infortunium esse commune, quod potens libertatis assertor contra Turcas extiterit. Confidit aliquando cum eo concordibus armis fidei hostes aggressurum: sollicitat ut in proximo augustensi conventu non tantum proprium sed et regis Poloniae suffragium sibi dari curet imperatori renuntiando. (I. VII, 445, p. 222—223.)

Inc.: „Quanquam credimus non fugere serenitatem vestram quam acerbus nobis esse debuerit... Montisferrati, 6 febr., 1519." **808.**

7 martii.

Idem litteris super morte Maximiliani sibi a duce veneto oblatis respondet plures non tantum christianae reipublicae sed et sibi proprias doloris causas exinde subortas; se quaeque praestaturum ut eadem christiana respublica *ex illius morte minus incommodi* suscepisse sentiat. (I. VII, 445, p. 115—116)

Inc.: „Fuerunt nobis reddite littere dilectionis vestre super

morte cesaree maiestatis domini atque avi nostri . . . Barchinone, 7 martii, 1519." **809.**

1519. 15 martii.

Litterae procerum ac magnatum Hispaniae ad romani imperii principes electores, deprecantium summam imperii dignitatem Carolo catholico regi tribuendam. (I. VI, 296, p. 5.)

Inc.: „Reverend. in Christo patribus . . Nos inferius nominati . . Est nonnihil novum et insolitum . . Datum in civitate Barchinova, die 15 martii, 1519." **810.**

20 aprilis.

Leo papa X, manu Jacobi Sadoleti, foederatis Helvetiis tredecim concionum superioris Alemanniae, ab imperii dignitate alemannicae nationi conferenda abhorrentibus respondet: a. eum sibi honorem Germaniam tot egregie factis promeruisse, ideoque privilegium illud se nunquam infirmaturum; b. *uni regum ad imperium aspiranti* se aggressum obstare, *non odio illius qui habet amplum huius sancte sedis beneficio regnum*, sed eius iuramento; c. libenter se approbaturum quidquid ab electoribus decretum fuerit. (I. VI, 296, p. 6—7.)

Inc.: „Dilecti filii . . . Accepimus litteras vestras die sexta huius mensis ex urbe thuricensi . . . Rome, 20 aprilis, 1519." **811.**

mense iunio.

Dicta ab electoribus sacri rom. imperii in conventu francofurtano pro electione Caroli V imperatoris. Codex coaevus. (L. XI. 142, f. 4—14, 16—26.)

Oratiunculae quinque absque titulo vel pronunciantis nomine, quas electores, ut ex contextu liquet, in comitiis francofurdiensibus recitarunt, sic incipiunt: 1ª. „Ardua et difficilis est provincia nobis ritu maiorum demandata . . ." 2ª. „Rectissime sentis, collega, tibique omnes debemus qui tam efficaciter adhortatus . . ." 3ª. „Ego vero cui dicendi provincia iussa ill. d. v. data est, si licuisset, tacuissem . . ." 4ª. „Ego vero, excellentiss. proceres, vobiscum dissentire videor, neutrum enim propositorum tanto munere . . ." 5ª. „Mihi ordine successivo sat esset ex propositis unum, cum nil intactum remanserit, optare . . ."

Auctor primus qualitates imperatori necessarias enumerat; alter Franciscum Galliae regem proponit; tertius Carolo Hispaniae regi suffragatur; utrumque, utpote qui electores donis corrumpere sit expertus, respuit quartus, Friderico Austriae archiduce ob oculos posito; anceps extremus num Carolo aut Friderico favendum, rem dirimendam, non sine divini auxilii invocatione, electorum conventui relinquit. Tertia orâtio fors habet auctorem Albertum cardinalem archiepiscopum moguntinum. V. 'Discussio historico-iuridica voti septemviralis gravissimi, quod post obitum Maximiliani I imperatoris in comitiis electoralibus pro Carolo austriaco rege Hispaniarum contra Franciscum Galliarum regem dixit Albertus cardinalis arch. mogunt. a Johanne Sleidano consignati, praeside Benedicto Carpzovio.' Lipsiae, 1650, 4°. Prorsus diversas recenset Georgius Sabinus in opere 'De electione' ec. quas facile e mentis sue penu protulit.

Latinas orationes excipiunt itale versae, quarum tamen stilum verba dialectus venetae inconcinno modo commixta rudiorem efficiunt. **812.**

1519.
mense iunio.

Oratio *ambasiatorum* regis Caroli Hispaniae coram electoribus in conventu pro imperatore eligendo Francofurdiae dicta. (L. XIV, 247, f. 152—153.)

Inc.: „Predignissimi, generosi . . . Nostram amicabilem, benivolam ac subiectam obsequendi curam caritati electoralique gratiositati vestre semper proferimus . . ."

Georgius Sabinus brandeburgicus in opella: 'De electione et coronatione Caroli V imperatoris' (Coloniae, s. a. 8°.) hanc orationem, cuius germanam originem simplicitas ipsa commendat, dedit per compendium, ita tamen ut minime cum nostro coaevo exemplo conveniat. Caeterum auctoris nomen ignorantes instruit Sabinus, qui Caroli legati fuerint scribens: „Interea venerunt Moguntiam legati Caroli archiducis Austriae et Burgundiae et regis Hispaniae: Matthaeus (Langius) episcopus gurcensis, cardinalis; Fridericus comes palatinus, dux Bavariae: Casimirus marchio brandeburgensis; Henricus, comes naussauensis: ex his

adiuncti consiliarii aliquot.“ Vide quoque: ‘Inauguratio, coronatio, electioque aliquot imperatorum.’ Hanoviae, 1613, 8°., pag. 34.

813.

1519.
5 iunii.

Oratio unius ex legatis Francisci Gallorum regis pro frequenti principum electorum Francofurdiae congregatorum praesentia, eo ut dignitas imperialis Francisco assereretur. (L. XIV, 247, f. 156—158; I. VI, 296, f. 1—4.)

Duplex exemplum, etsi re idem, tamen et sermonis amplitudine et styli forma discrepat. Illud incip.: „Vulgatum notumque apud quoscumque quod antiquis temporibus, instantibus curis bellandi . .“, istud primo antecellens: „Quanto maiores nostri consilio, quanta in rebus gerendis prudentia excelluerint . . Nonis iunii, 1519“ edidit Freherus in ‘Rerum germanicar. script.’ ed. Struve, III, p. 168—171.

Neminem latet Gallorum regem ad coronam imperii assequendam oratores passim ad omnes Germaniae principes misisse, nec sollicitationibus, largitionibus, pollicitationibus pepercisse ut negotium ex sententia procederet. „Erant et Confluentiae, ait Georgius Sabinus in opere ‘de electione’ ec. gallici legati qui privatim ingentibus promissis, animos non electorum tantum, sed etiam aliorum principum et civitatum conciliare regi Francisco conabantur.“ Quae in oratione recitata ibidem, leges ab electore moguntino in conventu francofurdiensi egregie resumpta. **814.**

28 iunii.

Electores imperii narrant Carolo Romanorum regi quae ab obitu Maximiliani regis ante conventum francofurdiensem pro novo eligendo, quae die 27 iunii pro suffragiis colligendis egerunt; deprecantur eius electionem in imperatorem, tanquam singularem et fidelem eorum voluntatem suscipiat. (I. VII, 445, f. 449—451.)

Inc.: „Quanquam nos sacri imperii romani tanquam propinquiora post Romanorum imperium et reges . . . Franchfordie, 28 iunii, 1519.“

Eodem codice pag. 459 extat *Copia publicationis et pronuntiationis regis Caroli in Romanorum regem*, quae incip.: „Vacante nuper romano imperio per obitum q. sereniss. principis." **815.**

1519. 28 iunii. Commissarii regis Hispaniae nuntiant Ludovico Oaroz de Villa Hispaniae, regis oratori Romae, Carolum regem unanimi consensu imperatorem renuntiatum. (I. VII, 445, f. 359.)

Inc.: „Per priores litteras nostras decessum nostrum versus Franchfordiam; profecti autem usque hanc, unum milliarium a Francfort . . . Hoest, 28 iunii, 1519." **816.**

28 iunii. Narratio promulgatae electionis Caroli archiducis Austriae in regem Romanorum Francofurdiae, in aede s. Bartholomaei, die 28 iunii, anni 1519. (I. VI, 196, f. 5—6.)

Inc.: „Illustrissimi autem principes electores tanquam germanice nationis patres conscripti et conservatores imperii observantissimi, Gallorum blandimentis, illicibus ac machinamentis gallicanis minime a iustitie tramite moti . . . Vacante nuper sacro romano imperio per obitum quondam . .." **817.**

10 iulii. Venetiarum dux, duplici epistola, Carolo gratulatur de imperiali dignitate ei delata, quae gestientis animi vota latius oratores designati explicabunt. (I. VII, 445, p. 374—376; XI, 143.)

Prima incip.: „Magne nobis letitie fuit, seren. rex semper auguste, cum primum intelleximus sacri Romanorum regni imperium . ."; altera: „Magnam profecto antea voluptatem capiebamus extimantes virium magnitudinem et animi eximias dotes . . Venetiis, 10 iulii, 1519". Huius habes in altero codice exemplum coaevum.

Cum abs re sit senatum binam epistolam Carolo misisse, primam ei minime datam propterea puto quod scriptor Joannes Baptista Vielmi in Caroli laudibus recitandis excesserit. **818.**

1519. mense iulio. Carolns V pontifici significat imperii coronam sibi delatam, eoque commissariorum suorum litteras per archiepiscopum cosentinum dat. Grates agit pro optime ab eo praestitis in electione, ac oratores quamprimum de negotiis tractandis missurum spondet. (I. VII, 445, p. 419—420.)

Inc.: „Cum litteras nuperrime ex Germania de exitu comitiorum a commissariis et oratoribus nostris acceperimus . . . Barchinone, . . iulii, 1519." **819.**

mense iulio. Idem instruit cardinalem de Medicis de iis quae pontifici pro imperiali dignitate sibi collata scripsit. (I. VII, 445, p. 420.)

Inc.: „Cum omnia officia que a sanctissimo domino nostro in omnibus rebus et precipue in hac petitione nostra . . . Barchinone, . . iulii, 1519. **820.**

1520. 11 aprilis. Exemplum articulorum mutui congressus futuri in Anglia inter Henricum regem et Carolum V. (L. X, 309, n. 35.)

Cum Carolus imperator dictus Aquisgranum versus, coronam recipiendi causa, ab Hispania navigans, Angliae littoribus verosimilius fuerit appulsurus, oratores misit Henrico, qui nuntiarent Carolum infra quintam maii diem ad portum et oppidum Sanderici applicaturum; quod si ventorum adversitate id fieri nequeat, die vigesima secunda iulii in loco medio inter Calistum et Gravelinghes cum Angliae rege conveniet. His conditiones additae de mutua utriusque partis securitate. Londini, 11 aprilis, 1520.

Documentum cartac. inc.: „Universis et singulis ad quorum noticias presentes littere pervenerint. Nos Thomas permissione divina duuelmensis episcopus . . . Cum sereniss. . . rex Romanorum futurus imperator iamdudum sit electus atque ob eam causam ab Hispanis . . Londini, 11 aprilis, 1520.

Edidit Carolus Lanz in 'Monum. Habsburg.' sect. II, vol. I, p. 146—156. **821.**

23 octobris. Cornelius Franciscus ad Carolum V orator duci Venetiarum refert de pompa qua, imperii electoribus praeeuntibus, idem

Aquisgranum ingressus est, ac corona imperiali caeterisque insignibus ab electore coloniensi est decoratus. (I. VII, 447, p. 338.)

Inc.: „Il giorno dopo spedite a v. s. le mie del 17 da Maestricht, ritornò in quel luogo da Colonia Rochendolp e riportò.. Aquisgrana, 23 ottobre, 1520.“ — Publici iuris fecit S. Romanin in 'Storia doc. di Venezia', tom. V. p. 513—517. **822.**

1520.
7 novembris.

Dux Venetiarum Carolo V gratulatur quod *in frequentissimo illo totius Germanie procerum reliquorumque optimatum conventu* imperiali corona fuerit redimitus. (I. VII, 447, p. 347.)

Inc.: „Simul atque oratoris nostri apud catholicam et cesaream maiestatem vestram litteris facti fuimus certiores.. Venet. 7 nov., 1520.“ **823.**

1521.
20 ianuarii.

Exemplum diplomatis quo Carolus V Franciscum Cornelium venetum sibi oratorem, comitem palatinum renuntiat. (I. VII, 1643, f. 1—3.)

Inc.: „Cum imperatorie maiestatis micantissima dignitas ab omnipotenti Deo, ad sui potissimum gloriam . . . Vormatie, die 20 ianuarii, 1521.“

Caesar praeclara familiae Corneliae merita singulatim repetens, non tantum oratorem (quem iam in Hispania militari ordine et cingulo donatum, Aquisgranis post coronationem, ictu ensis, equitem constituerat) sed et eius filios tam natos quam nascituros, nec non plures ex eadem familia eligit comites imperiales palatinos, facultatibus tributis a. creandi notarios; b. spurios legitimandi; c. equites nominandi; d. promovendi doctores in iure caesareo et pontificio, in artibus et medicina, ac poetas laureatos; e. concedendi cuivis potestatem filios adoptandi; f. servos manumittendi; g. infames in honorem pristinum restituendi; h. comites palatinos creandi. Tandem insignia familiae, aquilae bicipitis imperialis adiectione a Friderico III illustrata confirmat et, quatenus opus erit, de novo concedit.

Cornelium anno 1518 oratorem renuntiatum puto quod extet in diplomate: „recolentes tuam, Francisce, maturitatem, ingenium,

dexteritatem, consilium quo ultra triennium apud nos in rebus omnibus usus es.“ Eum maio a. 1521 aula discedentem Caspar Contarenus excepit, electus die 24 septembris, 1520. **824.**

1521. 26 ianuarii. Dux Venetiarum mittit caesari *viginti eximios falcones quos sacros vocant, ex Oriente proxime advectos*, quod munus etsi exiguum benevola magis quam iuxta mensura metietur. (I. VII, 447, p. 523—524.)

Inc.: „Exoptantibus nobis occasionem sepenumero suboriri qua summam ac perpetuam nostram erga cesaream et catholicam celsitudinem . . Venet., 24 ianuarii, 1521.“ **825.**

m. februario. Idem caesari gratulatur de nuptiis eius sororis cum Hungariae rege, et eius fratris cum sorore dicti regis, gaudetque quod regiis *corporis et animi dotibus* conveniant. (I. VII, 447, f. 603—604.)

Inc.: „Ea semper nobis fuit erga cesaream et catholicam maiestatem vestram singularis observantia . . febr., 1521.“ **826.**

m. februarii. Idem Hungariae regi gratulatur de duobus connubiis, eius cum sorore Caroli V, ac huius fratris cum Anna ei sorore. (I. VII, 447, p. 604.)

Inc.: „Ingentem animo concepimus letitiam ubi primum ex oratoris istius nostri litteris proxime audivimus . . febr. 1521.“ **827.**

17 februarii. Idem Ferdinando Austriae archiduci, infanti Hispaniae, gratulatur de duplici connubio ec. ut supra. (I. VII, 447, p. 604—605.)

Inc.: „Posteaquam nobis nuperrime nunciatum est maiestatem vestram connubio iunctam esse sereniss. Annae . . Ven., 17 februarii, 1521.“ **828.**

25 aprilis. Contaranus Caspar Nicolao Theupolo et sociis significat qua pompa a caesare, post quatriduum ab eius Vormatiae adventu exceptus fuerit, itemque de erroribus Lutheri quem pridie Vor-

matia abeuntem narrat. Epistolae breviarium, itale. (I. VII, 448, p. 145—146.)

Inc.: „Come in l'andata ha trovato malissime strade et mali tempi con neve et piova.. Vormatie, 25 aprilis, 1521." **829.**

1521.
26 aprilis.

Idem leviro Matthaeo Dandulo se, comitantibus Francisco Cornelio oratore et Andrea Rubeo a secretis, Vormatiam cum *satis celebri pompa* ingressum fuisse, ibique post quatriduum ab imperatore, cui senatus litteras obtulit et orationem dixit, benigne exceptum. Plura de Martino Luthero iis diebus Vormatiae praesenti, quem nulla vitae integritate, nulla prudentia, nulla scientia conspicuum asserit. (I. VII, 448, p. 141—144.)

Inc.: „Duodecimo kal. maias Vormatiam perveni, cum biduum prius in Spira urbe constitissem; nam a Francisco Cornelio oratore . . . Vormatie, 26 apr., 1521."

V. 'Lettere del cardin. Gasparo Contarini e di altri a lui, con varie notizie sopra il colloquio di Vormazia, volum. I. part. secundae operis: 'Monumenti di varia letteratura, tratti dai manuscritti di mons. Beccadelli.' Bologna, 1799, 4°. Eiusdem documenta citat Emman. Cicogna p. 228 volum. II 'Delle Iscrizioni veneziane.' **830.**

3 maii.

Capitula firmata inter Mercurinum de Gattinara consiliarium et Caroli V magnum cancellarium, ac Franciscum Cornelium venetum ad caesarem oratorem, super difficultatibus circa observationem induciarum sub Maximiliano imperatore initarum. Vormatiae, 3 maii, 1521. — (L. IX, 128, f. 43—47; X, 309, n. 36; I. VII, 448, p. 254—257; 785, f. 148—150; 914, f. 4—16; 1217, f. 14—16.)

Incip.: „Universis facimus manifestum quod cum exortis variis bellorum motibus inter divum Maximilianum cesarem pie recordationis et illustriss. ducem ac dominium Venetorum.

Capitula (fusius data codice ital. 914 ex saeculo XVII) articulis septem concluduntur: 1. Induciae initae anno 1518 in suo robore maneant. — 2. Solutio viginti millium ducatorum a Venetis

animo proxime elapso, minime contra pacta praestita, fiat Augustae Vindelicor. statim Jacobo Villinger thesaurario imperiali. — 3. Quarta pars redituum bonorum exulum exsolvatur, terminis datis, Tridenti in manibus Jacobi Banisii. — 4. Disidiis amovendis limites constituantur exercendae potestatis supremae in Foroiulii. — 5. Istriae et alibi iurisdictiones fortilitiorum et villarum exerceantur hinc inde ut antea. — 6. Bona, redditus, actiones et iura subditorum utriusque dominii sita in Foroiulii possideantur et exerceantur libere sicut ante inducias, ubicumque fuerint posita vel exercenda. — 7. Haec capitula, post ratificationem, promulgentur Tridenti, Rovereti, Veronae, Vicetiae, Utini, Goriciae, Marani, Gradiscae, Tergesti et Justinopolis.

Ea capitula a Carolo V Vormatiae obfirmata die 6 maii, 1521 superextruuntur induciarum capitulis Ambosiae, 31 iulii a. 1518. **831.**

1521.
5 maii.

Compositio pacis et amicitiae perpetuae inter Franciscum Galliae regem, tres annos post eius decessum valitura, ac ligam Alemanniae superioris, conditionibus quibusdam decretis. (I. XI, 143, n. 4.)

Inc.: „Franciscus Dei gratia . . et nos burgimastri, sculthetí, amani, consules, communitates, cives, patriote . . notum facimus universis . . quod cum nuper in urbe luceriensi certus tractatus lige, unionis . . . Lucerie, die 5 maii, 1521." Documentum cooevum. **832.**

Summarium capitulorum initorum inter Leonem papam X et Carolum V, anno 1521. (I. VII, 417, p. 385—386.)

Inc.: „Absolutio Caroli a censuris quas incurrisset, licentia qua possit se appellare imperatorum electum, et cum imperio regnum Sicilie retinere . . ."

Pacta his resumuntur: Carolus a censuris absolvatur ac imperatoris titulum cum regno Siciliae retineat; album *parafrenum* et septem millia ducatorum annuatim pontifici solvat; binas triremes armatas pro tuitione maris tyrrheni dato tempore habeat

paratas; permittat pontifici et cardinalibus frumenta pro eorum familiis ex Siciliae regno extrahant; *deliquentes captos* ad sedem apostolicam remittat.

Capitula prorsus differuut ab iis quae Romae inita sunt octava die maii anni eiusdem, ad expellandos Gallos Mediolano, Janua, Ferraria, quaeque Theiner in 'Cod. diplom. dom. temp. s. sedis' dedit ex 'Cod. lib. memorabilium', f. 166. **833.**

1521.
29 iunii.

Ludovicus Hungariae et Bohemiae rex duci Venetiarum significat subsidium ab eo per oratorem venetum petiisse; exercitum octoginta millium Turcarum, Mehemet Bego duce per Valachiam interiorem Transylvaniam petiturum; eam aciem auctam quadraginta millibus hominum a Valachiae duce; novas copias paratas in Croatiam et Sclavoniam; denique quinquaginta Tartarorum millia in eo esse ut Poloniam, suadentibus Turcis, aggrediantur. Aperto demum christianae reipublicae periculo, precatur ut subsidium paret. (I. VII, 449, p. 26—27.)

Inc.: „Que nuper de Turcorum conatibus ad nos fuerunt allata oratori vestre illustr. dominationis hic agenti coram declaravimus . . Bude, 29 iunii, 1521." **834.**

6 iulii.

Antonius Grimanus dux Venetiarum Carolo V nuntiat se *imparem tante provincie regende* ad principatus apicem evectum, spe tamen erigi *Deum vires et ingenium subministraturum*, ut officio suo satisfaciat. (I. VII, 449, p. 1.)

Inc.: „Cum vita functo illustriss. principe predecessore nostro, domino Leonardo Lauredano . . Venet., 6 iulii, 1521."

Eadem mutatis mutandis pontifici, regibus Francorum, Angliae, Poloniae. **835.**

12 iulii.

Caroli V edictum contra regem Galliae. (I. VII, 449, p. 397—98.)

Inc.: „Cum de his que aguntur omnibus constare velimus ne sint qui ignoratione rerum se excusent . . . Antuerpie 12 iulii, 1521."

Enarratis quae ab eo et qua rege Romanorum et qua imperatore acta sunt pro pace constituenda, vel quinquennalibus induciis admissis, vel ingenti classe ad maria custodienda parata, vel religionis defensione, asserit se coactum bello, et proprio et pontificis nomine, Galliae regi indicendo, quod in Belgiam et Navaram arma immiserit, ac oppugnato Regio romanae ecclesiae bellum denunciarit, in belli partem suis feudatariis advocatis. **836.**

1521.
13 octobris.

Capitaneus generalis, locumtenens, vexilliferi et ordinatores consiliarii Thurici potestati et vicecapitaneo Bergomi significant se cum copiis per provinciam bergomensem, *salvo damno et decentibus victualibus*, pontificem cui serviunt adituros. (I. VII, 450, p. 12.)

Inc.: „Non fugit magnificentiam vestram Helvetiam habere fedus cum sanctissimo . . Zogni, 13 octobris, 1521." **837.**

13 decembris.

Helvetii Mathaeo (Schiner) cardinali sedunensi nuntiant in diaeta Zug statutum quod Helvetii in servitio pontificis in Lombardiam contra Gallos, cum quibus pacifice vivunt, minime incurrant; rumores de motu armorum aliquot principum ab oratore turicensi Holtiab et Henrico Miserbach ad se relatos significant. (I. VII, 450, p. 54—55.)

Inc.: „Pervenit post accessum peditum ad notitiam dominorum helvetiorum quod aliqui capitanei ducerent . . . Turici, 13 oct., 1521." **838.**

18 decembris.

Carolus V senatui populoque mediolanensi nuntiat se, non obstante pontificis morte, ad perficiendum bellum, missurum quempiam *cum amplissimis mandatis* ut et Januam recipiat et Franciscum Sfortiam ducem Mediolanensibus restituat. (I. VII, 450, p. 261.)

Inc.: „Non debet pontificis mors quemque vestrum terrere ut nempe rei bene gerende parta iam victoria discedatis . . . In oppido Odenarti, 18 decembris, 1521." **839.**

1521.
20 decembris.

Ludovicus Hungariae rex nuntiat Venetiarum duci se, etsi animum proxima in Turcas expeditione aestuantem gerat, diem decimamtertiam ianuarii destinasse nuptiis celebrandis cum Maria regina, sorore Caroli V, quibus vellet intersit dux venetus, *salvis reipublice legibus;* eas tamen confidit, ducis nomine, ornaturum Laurentium Aurium oratorem venetum. (I. VII, 450, p. 286.)

Inc.: „Solemus nos, ut fit inter amicos, inclitum dominium ac vestram dominacionem illustriss. de rebus et letis et tristibus facere certiorem . . . Bude, 20 decembris, 1521." **840.**

26 decembris.

Anonimus refert duci Venetiarum quae cum Odeto de Foix domino de Lautrec egerit quoad bellum in Alemannos. Autographum puto. (I. VII, 1222, f. 59—60.)

Inc.: „Heri ad hore 14 et 21 scripsi alla signoria vostra, et veramente era in opinion, non essendo cossa de molta importantia . . . Cremone, die 26 decembris, 1521, hora secunda." **841.**

1521—1525.

Regesta epistolarum septuaginta super tercentas, quas Caspar Contarenus venetus ad Carolum V legatus veneto senatui ex Agilar, Amona, Antona, Antuerpia, Augusta Vindelicorum, Bravopurgi (Burgos), Burgis (Bruge), Bruxellis, Cantuaria, Cotroi, Doino, Gandavo, Haga comitis, Londino, Matrito, Moguntia, Odenard, Palentia, Sancto Andrea (Santander), Toleto, Tridento, Unisort, Vallissoleto, Valentiana, Victoria, Vincester, Vormatia, a die 23 martii, anni 1521 ad 28 iulii, a. 1525 dedit. (I. VII, 1909, folia 479.)

Contarenus qui extremo februario legationis commissionem receperat, Franciscum Cornelium praedecessorem Vormatiae convenit, ex qua urbe epistolae nomine utriusque datae a die 28 aprilis ad 7 maii eius anni. Legati extraordinarii suffecti Andreas Naugerius et Laurentius Priolus epistolas, una cum legato ordinario, senatui mittunt ex Toleto a die 12 iunii ad 28 iulii a 1525.

Epistolae, non una manu exscriptae, auctorem habent Laurentium Trivisanum Contareni a secretis, ut e nota manu eiusdem Trivisani. 842.

1522. 26 ianuarii. Carolus V cardinalium collegio grates agit quod talem virum pontifiem elegerint in quo summa omnia insunt, eiusque propterca animum officiis devictum haberent; modo demum de republica bene sperandum. Nuntiat se *certos homines in Hispaniam cum litteris* iussisse, ut pontificem debito honore prosequantur. (I. VII, 450, p. 325; 876, f. 4—5.

Inc.: „Magnitudo rei qua pietatem in Deum, vestram erga nos benevolentiam declarastis, facit ut cum summa vobis debeatur . . . Bruxellis, 26 ianuarii, 1522."

Dolgastus tom. II, p. 149. Extr. Raynald §. 6. 843.

3 februarii. Caspar Contarenus novi pontificis vitam doctori et equiti Matthaeo Dandulo sororio evolvit, his notitiam perstringens, quod educatus Lovanii discipulum Bruxellis habuerit Carolum V, cuius serius consiliarius extitit. (I. VII, 450, p. 320.)

Inc.: „De hoc novo pontifice audisti ut reor ex litteris nostris ad senatum eum infimis parentibus ortum fabrum lignarium patrem . . . Bruxellis, 3 februarii, 1522." 844.

5 martii. Idem eidem describit hastiludia Bruxellis celebrata, simulantia pugnas militum Mauritaniae aut Graecorum, quibus caesar et frater Ferdinandus palmam retulerunt. De epulis et choreis quibus dedit operam, longius scriberet ni quadragesimale tempus obstaret. (I. VII, 451, p. 59—60.)

Inc: „Diebus hisce bachanalibus interfui invitatus ab imperatore quibusdam ludis quos ipse cesar cum multis principibus edidit . . . Bruxellis, 5 martii, 1522." 845.

9 martii. Carolus V nuntiat marchioni Mantuae, se eum cum fratre, ex voto, commendasse novo pontifici, ex quo sibi rescriptum marchionis dignitati provisum iri quod de eius in christianam

rempublicam defendendam animo non diffidat. (I. VII, 451, p. 151—152.)

Inc.: „Per Lupum . . ., quem dedita opera ad pontificem in Hispaniam misimus, de virtute tua fidem facimus. . . Bruxellis, 9 martii, 1522." **846.**

1522.
28 aprilis.

Caspar Contarenus mittit Baptistae Egnatio quendam haeremitam caesaris familiarem, plurimae apud omnes existimationis, miraculorum quoque, ut ex certa fonte deprehendit, operatorem. Cum Italiam accedat, desiderio praesertim Venetias visendi, et christianiae religioni profuturus Jerosolymam navigare intendat, rogat id praestet ut commodius fiat voti compos. (I. VII, 451, p. 282.)

Inc.: „Hic heremita, cui ad te litteras do, natione hispanus et quinque annos et amplius in heremo Pyrenes montis . . . Ex Bruxellis, 28 aprilis, 1522." **847.**

16 iulii.

Capitula foederis inter Carolum V et Henricum Angliae regem contra regem Francorum. (L. X, 309, n. 38.)

Inc.: „A tutti manifesto sia conciosia che la recta gubernacion de li regni et de le cose in questo maxime consista quando la volontà di principi è intenta al ben... Datum in castro Vindexore, die 16 iulii, 1522."

Praestatutis quod hostis partis unius sit et alterius, quod status quilibet christianus foederi accedere possit, in Francorum regem *liga* inducitur ut, remotis impedimentis, in Turcas armorum impetus vertatur. **848.**

16 augusti.

Ferdinandus archidux Austriae cardinali Julio de Medicis mittit legatum Leonardum Bonomum decanum tergestinum ut *confirmationis munus super ecclesia viennensi in personam Petri* (Bonomi) *episcopi tergestini*, ac confirmationem ecclesiae tergestinae eidem Leonardo *clerico tergestino* impetret. (I. IX, 166, f. 376.)

Inc.: „Mittimus ad sanctissimum . . . cui commisimus . . . Nove civitatis, 16 augusti, 1522." **849.**

1522.
22 novembris

Presbiter Joannes, capellanus episcopi scardonensis nuncii apostolici ad caesarem, nuntiat die 20 novembris missam solemniori ritu cantatam propter victoriam vaivodae Transylvaniae in Turcas relatam, nec non quendam palatinum ex Hungaria ad Danubium victualia Turcarum Bellogradum versus intercepisse. (I. XI, 66, f. 135.)

Inc: „In questi zorni passati sono venute qui due bone nove . . . Prage, 22 novembris, 1522." **850.**

1523.

In Venetos querelae gallici ad eos oratoris qui, una cum Rentio de Cere ac domino de Villers regis Galliae a secretis, verebatur ne foedifragi ad partes Caroli V descirent. (I. VII, 453, p. 1—18.)

Documenta ab amanuensi coaevo itale exscripta constant epistolis a mense ianuario ad decembrem anni 1523 datis, tribus quidem anepigraphis, extrema Marii Favicolae (Parmae, 10 dec.) Joanni Baptistae Malatesta. Haec summatim momenta: sancta esse inter Gallos et Venetos foederis conventa; hos grati animi ergo illis devinctos, quod amicitiae gratia Mediolanum amiserit rex Francorum; hunc maiora praestiturum, praesertim post inducias cum imperio absolutas, Helvetiis quoque in subsidium vocatis, dummodo fidem et pecunias Carolo V denegent; hunc e converso magna Venetis sponsurum, quos laqueo irretitos non amicos et comites sed subditos, immo servos (veteribus offensionis causis ac iuribus in regiones quae imperio ante plures annos parebant prolatis) suae subdet potestati. Quid quod et universae dominationis idem Carolus cupidus, cum de Hadriani pontificis voluntate sibi obsequente sit securus, Italiam totam armis subiiciendam parabit. **851.**

13 iunii.

Ludovicus Hungariae et Bohemiae rex Carolo V questus quod Turcae, Bellogrado et Rhodo expugnatis, in dies insolescant magis,

nec spes tranquillitatis et concordiae inter christianae reipublicae principes affulgeat, ex dissidiis inter caesarem et regem Galliae perpetuis, mittit Thomam Nigrum episcopum scardonensem, oratorem suum, cui fidem integram adhibeat. (I. VII, 442, f. 549—550.)

Inc.: „Non dubitamus allatum esse ad vestram maiestatem ut animi Turcarum tam prosperis rerum successibus . . Bude, 13 iunii, 1523." **852.**

1523.
29 iulii.

Foedus inter caesarem, Austriae archiducem eius fratrem, rempublicam venetam et ducem Mediolani. (L. X, 309, n. 39; I. VII, 452, p. 257—263; 785, f. 151—155; 914, f. 20—24; 1217, f. 18—23.)

Inc.: „Cupiens summopere sacratiss. et invictiss. d. d. Carolus . . . ut optimum decet imperatorem non solum occurrere . ."

Foedus his capitulis concluditur: a. Quaelibet iniuria et offensa utrinque remittatur. — b. Subditi et vassalli ex utraque parte quo eis libet loco, cum rebus propriis libere vivant. — c. Emigrati et rebelles, eorum nomine in posterum aboleto, eodem modo tractentur, quin et ab omni infamia vindicentur. — d. Item nullo modo cogi possint vel pecuniis vel rebus cuiuscumque generis restituendis, iis exceptis quae pontificias ordinationes spectant. — e. Veneti bis in anno, terminis constitutis, solvant caesari quinque millia ducatorum pro bonis rebellium fisco addictis. — f. Iidem gaudeant secure possessis de praesenti, exceptis quae imperii vel Austriae archiducatus, vel Tyrolis iurisdictionem spectant. — g. Veneti illico solvant caesari viginti septem millia ducatorum, quo aere gravati sunt usque ab induciis cum Maximiliano rege. — h. Ab ea summa deducantur octodecim millia ducatorum pro redditibus et fructibus Marani et Gradiscae, quae loca Maximilianus contra pacta retinuit, eo ut ante solutionem Venetis restituerentur. — i Concordii et pacis perpetuae gratia Veneti solvant caesari bis centum millia ducatorum festo nativitatis domini, quorum viginti millia quoquo anno. — k. Ii quoque teneantur propriis impensis Carolo V pro defensione ducatus mediolanensis et Neapolis octingentos milites *alla italiana*, quin-

gentos equites, sex millia peditum, quindecim triremes instructas offerre. — l. Foedus istud ad defendendum tantum, non ad offendendum conclusum, cui adeundo principes christiani sex mensium spatio invitantur. — m. Nomina recitantur eorum qui foederi coeundo adfuerunt. Haec capitula rata habentur pro Ferdinando Hispaniarum infante Vallissoleti die 9 maii; Mediolani pro Francisco Sfortia die 5 iunii; Oeniponti pro Carolo V die 15 iunii; Venetiis pro Andrea Gritti duce die 28 iulii; die vero vigesima nona, ibidem, ab omnibus oratoribus solemniter confirmata, praesentibus oratoribus anglico et pontificio.

Codex quatuorcentesimus quinquagesimus secundus habet pleniorem documentorum apparatum, ut et compendium pactorum p. 251—253.

V. Lünig III, 54. **853.**

1523. 2 augusti. Dux Venetiarum gaudet Carolo V de sincera et inviolabili pace cum eo firmata, praesertim quod Deus *talem imperatori dederit mentem ut cogitationem suam ad Italiae vel christianae potius reipublicae pacem et quietem conferat.* (I. VII, 452, p. 271—272.)

Inc.: „Etsi nobis tum pro singulari nostra erga cesaream atque catholicam maiestatem vestram reverentia et observantia . . . Venetiis, 2 augusti, 1523." **854.**

15 augusti. Marinus Sanudo narrat de pompa solemniori Venetiis habita qua die 15 aug. anni 1523 dux Venetiarum foedus a republica cum Carolo V compositum nuntiat. (I. VII, 452, p. 284—284.)

Coniuges Bianchini ediderunt, cum notis Em. Cicogna, Venetiis, 1852, p. 18, 8°. Promulgatio vero eius foederis typis data eodem die, titulo: 'La vera pace & liga conclusa ad XXIX Luio. MDXXIII et publicata adi XV Auosto sopra la piaza de San Marco.' **855.**

29 octobris. Ferdinandus archidux Austriae Petro Bonomo episcopo tergestino, eius consiliario ac magno cancellario veniam impertitur

Tergestum remeandi, cum provisione *de convenienti stipendio ad vitam eius.* (L. IX, 166, f. 373.)

Inc.: „Testamur . . quod cum rever . . Petrus Bonomo . . multis iam annis . . Nove Austrie, 29 octobris, 1523." **856.**

1524. Gregorius Cornelius, procurator senatum a foedere cum Carolo V composito deserendo deterret. (I. VII, 783, f. 299—302.)

Inc.: „Io non fui mai d'una stessa opinione con quelli che credono potersi governare gli stati sempre con una medesima regola . ."

Praeeunt animadversiones de commota duorum principum Galliae et Germaniae armis universa Europa, de incerta belli fortuna: regem Franciscum etsi Mediolanum occuparit, bello ticinensi, cuius anceps exitus, gravari: Imperiales Laudem Pompeiam et Cremonam forti praesidio tenere: Ferdinandum Austriae archiducem cum peditibus hispanis et alemannis iam iam adventurum: Gallos natura impatientes, exercitum (ex classe nobilium) constitutione enervem montes iterum transvecturos. Quae spes salutis, Gallis expulsis, Mediolano Imperialibus restituto, Italiae statibus de foedere et pace inter se dissidentibus? Ab eo foedere, quod iam Gallorum tarditate cum imperio conciliarunt, Veneti ne declinent, quin immo imperatori animum addant ad pacem generalem stabiliendam; temporis beneficio utendum, diverso adhibito consilio. **857.**

Quidam sine nomine senatum venetum hortatur foedus cum Galliae rege componat, qui tunc temporis in Italia magno cum exercitu praeseus Caroli V fortunae succrescenti obstiterat. (I. VII, 783, f. 302—305.

Inc.: „In tale stato si ritrova al presente constituita la republica nostra et per la qualità dei prencipi molto potenti che hanno rivolte."

Auctor postquam rempublicam bello perpetuo et infortuniis eo deductam dixit ut temporibus servire cogatur, evincendum insumit foedus cum Gallis conciliandum. Summam caesaris po-

tentiam esse metuendam; Gallos antiquos Venetorum foederatos, armorum vi modo praecellere; eos, si Veneti accedant, Carolum V ab Italia exterminaturos, praesertim quod Albaniae princeps neapolitanum regnum sit ingressurus. Oratorem Cornelium acrius aggreditur quod Gallos fugae se daturos asseruerit, qua occasione grandiorem animum regis et praestantiores Galliae duces summopere laudat. **858.**

1524.
1 martii.

Carolus V duci Venetiarum significat exercitum suum *Fontis Rabidi* (Fuentarabia) oppidum ab Hispanis *superioribus annis imperatum*, tunc vero a Gallis forti praesidio occupatum, aliquot dierum obsidione recepisse: sperat brevi maiora in Gallos praestiturum. (I. VII, 454, f. 142.)

Inc.: „Etsi forte rem non admodum magnam nunciamus, plura que etiam re ipsa ex tuo qui apud nos commoratur . . Victorie, 1 martii, 1524." **859.**

mense aprili.

Dux Venetiarum gaudet Carolo V de *Fontis Rabidi* oppido expugnato eo maxime quod id factum optatam Hispaniae pariat securitatem. Ea victoria futuris gerendis pro bono pacis aestimat iacta fundamenta. Armorum felicitatem ut in Hispania ita et in Italia ominatur. (I. VII, 454, f. 142—143.)

Inc.: „Etsi nos cum primum intelleximus instructissimum maiestatis vestre exercitum *Fontis Rabidi* oppidum . . Venetiis, . . aprilis, 1524."

V. 'Correspondenz des Kaisers Karl V, mitgetheilt von Dr. Carl Lanz.' t. I, p. 95—97. **860.**

24 iulii usque augustum.

Descriptio itineris quod Carolus Contarenus orator, veneti senatus iussu, ad Ferdinandum Austriae archiducem, Castellae principem habuit. (I. VII, 761, f. 66—91.)

Inc.: „1524, adi 24 luio che fu domenega. Al nome de Dio et de la gloriosa verzene Maria prinzipiasimo el viazo per Austria, scilicet el cl^mo^. misser Carlo Contarini del cl^mo^. misser Pamphillo, orattor al ser. arziducha de Austria, et se partissimo."

Contarenus a die vigesima quarta iulii ad secundam augusti ex Casali in regione tarvisina Villacum contendit, breviter Aviano, Spilimbergo, Utino, Colloreto, Venzono, Resciutta, Ponteba, Tarvis, Burghetto, Spitali, quae loca in itinere attingit, descriptis. Biduo Villachi immoratus plura offert de illius statu et historia ante incendium diei 21 iunii eiusdem anni. Feldkirchen et Sanctum Vitum diebus quarta et quinta adveniens, laudat castra familiarum Fuger, Rauber, Lichtenstein, in proximis iugis. Die septima Judemburgo, quem Bassano comparat, consistens, de fontibus, commercio, agricultura disserit. Diebus septima usque decimam Knittelfeld, Leoben, Mürzuschlag, Schottwien, cuius munitum castrum accurate ob oculos ponit, venit. Per Novecherich (sic), quod oppidum, decem millibus passuum a Schottwien, Mestre apud Venetias comparat, Urbem novam (Neustadt) pervenit. Ibi triduo stans, urbis quem Vicetiae similem dicit, situm et instituta sermone persequitur, sacra lipsana, monumenta Maximiliani et sororis Friderici III, sculpturas in ecclesiis, armorum apparatus in castro munito. Hinc decima tertia die augusti discedens, equites ab archiduce obviam missos latine alloquitur. Quinque millibus passuum a Vindobona liberi barones, comites aliique viri legatum, pompae ritu, in urbem maximam ad domicilium in *Carnerstoz* (Kärtnerstrasse) deducunt. Die decima quarta solemnis apud archiducem oratoris receptio, qua reipublicae dignitati serviens latina oratione disserit, cui aeque latine responsum. Scitu pretiosiora sunt que de archiducali metropoli eius temporis, ecclesiis, turri campanaria s. Stephani, palatinis aedibus, plateis, commercio, moribus, coena cardinalis legati, aliisque non minoris momenti enarrat.

Universae huius descriptionis compendium manu propria, ex autographo hoc cancellarii Contareni, retulit Marinus Sanudo codice 454 classis VII mss. italorum, fol. 403—409, quod compendium edidit S. Romanin in 'Storia documentata di Venezia', V, p. 520—528. **861.**

Declaratio aliquot ex capitulis Vormatiae, die 3 maii, a. 1521 firmatis, quae orator Carolus Contarenus Vindobona Venetias, ut executioni mandentur, transmittit, 21 sept., 1521. (I. VII, 454, p. 403.)

Tribus articulis haec a Venetis praestanda requiruntur: 1. Bona Antonii de Savorgnano foroiuliensis, Villachi dum Austriae deserviret interfecti, eorum capitulorum vi fisco addicta, concedantur Petro fratri et parentibus propinquioribus; 2. Iurisdictio villae Pallazioli communitati Marani restituatur; 3. Portusnaonenses habeant ex integro iurisdictiones, praerogativas et iura quibus ante bellum fruebantur. **862.**

1524.
21 septembris.

Capitulum continens ea quae per senatum imperii in materia novarum doctrinarum sunt conclusa, ex vernacula lingua in latinam translatum per Simeonem Bibisen iuris utriusque doctorem, canonicum et d. Pauli vormatientis praepositum, circa id quod ratione universalis concilii cum sanctissimi dom. nostri Clementis papae VII legato conventum fuit. (I. VII, 454, f. 224—226.)

Inc: „Quum insuper prefata nostra instructio Joanni Hannit oratori nostro ad hanc imperialem dietam data . . .“

Jussum ut famosi libelli et iniuriosae picturae in futurum amoveantur; quam citius generale et liberum concilium totius christianitatis in Germania habeatur; proximo divi Martini die Spirae congregatio germanicae nationis celebretur, et deliberetur quo pacto agendum usque ad indicendum generale concilium, ad quod ex civitatibus ubi archigymnasia sunt, mittantur doctores materiei futuro concilio preparandae; hoc principibus et locumtenentibus praescripto ut interim sanctum Dei evangelium, secundum sincerum intellectum, sine tumultu et scandalo praedicetur, ac deputentur personae quae examini subiiciant gravamina nationis germanicae contra sedem apostolicam et laicorum contra ecclesiasticos. Sub fine, hoc titulo: 'Hi sunt articuli quos principes et civitas Nurimbergi tractarunt, sed non fuerunt conclusi' leguntur capitula de resistentia in Turcas, concilio Coloniae aut Moguntiae celebrando, moneta, societatibus et vectigalibus

tollendis, monasteriis, pecuniis Romam non amplius mittendis, doctore Luthero et virgine Floscerna ad concilium vocandis. **863.**

Hieronymi Aleandri archiepiscopi brundusini consilium super re lutherana cum eo communicandum qui ad Germanos mittendus erat nuncius, priusquam de rever. legato certi quidquam pontifex statuisset. (L. IX, 181, f. 2—44.)

Inc: „Primum omnium oretur Deus assiduis precibus, pura mente et toto corde ut ecclesiam suam sanctam . . ."

Consilium fol. 2—26 excipiunt — a. *Ad lectorem, quam ob causam non scripta sint haec elegantius*, f. 26—27, quod incip.: „In eo opere quod de re lutherana tam in universum quam speciatim maiori studio componimus . . ."; b. epistola Aleandri pontifici in idem argumentum, quae incip.: „Humani generis et auctor et assertor Jesus Christus multas in domo patris sui dicit esse mansiones . . ." fol. 28—29; c. liber alter de re lutherana, quo pontifici quid contra lutheranam haeresim agendum sit suggerit: incip.: „Quod in priori feci libro que de remediis contra lutheranam heresim ab amplissimo legato in Germania . . ." f. 29—44. Auctor ad finem ingruit in Fridericum *exiguum ducem in extremo Saxoniae angulo delitescentem.* **864.**

1524.
mense novembris.

Scriptum ab oratore caesareo aliisque in senatu oblatum veneto, oratore ducis Mediolani interveniente. (I. VII, 455, p. 172—174.)

Inc.: „Ancora che da questo illustriss. dominio per suo naturale et immutabile antiquo instituto . . ."

Sanctioribus datae fidei conditionibus insistens, promissam a Venetis coniunctionem eorum exercitus cum caesariano modo fiendam exposcit orator, ut dux Mediolani in sua iura, contra Gallos, restituatur. Ancipitem Venetorum animum ut excutiat, armorum vim ex utraque parte singulatim perpendit, qua comparatione instituta, caesarianos Gallis praecellentes evincit, praesertim ubi reipublicae exercitus accedat; Gallorum vaniloquentium

minas ne formident; caesarianorum vel tacentium facta magni faciant. **865.**

1524.
21 decembris.

Ferdinandus infans Hispaniarum, archidux austriae invitat fratres Delberi cives Roveredi ut prima die ianuarii proximi compareant, vel per se vel per procuratores, coram eo aut deputato ad id consilio ut iura propria in restitutione bonorum Venetis fienda adducant (I. VII, 455, p. 275.)

Incip.: „Decrevimus tandem negotium restitutionis bonorum venetorum in conventione vormacensi comprehensorum . . Eniponti, 21 decembris. 1524.“ **866.**

1524—1525.

Acta varia in unum coacta, regimen universitatis vindobonensis spectantia, partim manuscripta, partim typis impressa, annis 1524—1526. (L. V, 1, folia impr. 26, mss. 88.)

Opellam typis (post annum 1529, sine nota sub forma *quarti* quam dicunt) datam: 'Consilium super iuribus et preeminentia cancellariatus studii alicuius generalis, pro reverendo patre et domino de Paulo de Oberstain, preposito vienensi et eiusdem studii cancellario', excipiunt acta manuscripta de cancellarii querelis contra vindobonensis universitatis rectorem, universitatemque ipsam, super praelationis iuribus sibi utpote cancellario debitis. Insunt exempla a. epistolae Laurentii Campeggi cardinalis et ad caesarem oratoris, qua officiali pataviensi mandat ut, vocatis universitatis rectore, doctoribus, scholaribus, causam audiat et iudicet. Inc.: „Humilibus supplicum votis ex commisso nobis legationis offitio libenter annuimus . . . Vienne, 16 kal. nov. 1524.“ b. quatuor epistolarum (1524—1525) Ferdinandi archiducis Austriae Christophoro episcopo labacensi et administratori secoviensi, Leonardo de Harrac Austriae inferioris vicelocumtenenti, Dieterich episcopo neoburgiensi, Feliciano de Petschach, Erasmo de Doremberg, de ea re commisariis. c. epistolarum eorundem ac Pauli de Oberstein (1525). d. positionum et gravaminum utriusque partis, tum universitatis, tum cancellarii in idem argumentum (1525), latine et allemanice. **867.**

tollendis, monasteriis, pecuniis Romam non amplius mittendis, doctore Luthero et virgine Floscerna ad concilium vocandis. **863.**

Hieronymi Aleandri archiepiscopi brundusini consilium super re lutherana cum eo communicandum qui ad Germanos mittendus erat nuncius, priusquam de rever. legato certi quidquam pontifex statuisset. (L. IX, 181, f. 2—44.)

Inc: „Primum omnium oretur Deus assiduis precibus, pura mente et toto corde ut ecclesiam suam sanctam . . ."

Consilium fol. 2—26 excipiunt — a. *Ad lectorem, quam ob causam non scripta sint haec elegantius*, f. 26—27, quod incip.: „In eo opere quod de re lutherana tam in universum quam speciatim maiori studio componimus . . ."; b. epistola Aleandri pontifici in idem argumentum, quae incip.: „Humani generis et auctor et assertor Jesus Christus multas in domo patris sui dicit esse mansiones . . ." fol. 28—29; c. liber alter de re lutherana, quo pontifici quid contra lutheranam haeresim agendum sit suggerit: incip.: „Quod in priori feci libro que de remediis contra lutheranam heresim ab amplissimo legato in Germania . . ." f. 29—44. Auctor ad finem ingruit in Fridericum *exiguum ducem in extremo Saxoniae angulo delitescentem.* **864.**

1524.
mense novembris.

Scriptum ab oratore caesareo aliisque in senatu oblatum veneto, oratore ducis Mediolani interveniente. (I. VII, 455, p. 172—174.)

Inc.: „Ancora che da questo illustriss. dominio per suo naturale et immutabile antiquo instituto . . ."

Sanctioribus datae fidei conditionibus insistens, promissam a Venetis coniunctionem eorum exercitus cum caesariano modo fiendam exposcit orator, ut dux Mediolani in sua iura, contra Gallos, restituatur. Ancipitem Venetorum animum ut excutiat, armorum vim ex utraque parte singulatim perpendit, qua comparatione instituta, caesarianos Gallis praecellentes evincit, praesertim ubi reipublicae exercitus accedat; Gallorum vaniloquentium

minas ne formident; caesarianorum vel tacentium facta magni faciant. **865.**

1524.
21 decembris.

Ferdinandus infans Hispaniarum, archidux austriae invitat fratres Delberi cives Roveredi ut prima die ianuarii proximi compareant, vel per se vel per procuratores, coram eo aut deputato ad id consilio ut iura propria in restitutione bonorum Venetis fienda adducant (I. VII, 455, p. 275.)

Incip.: „Decrevimus tandem negotium restitutionis bonorum venetorum in conventione vormacensi comprehensorum . . Eniponti, 21 decembris, 1524." **866.**

1524—1525.

Acta varia in unum coacta, regimen universitatis vindobonensis spectantia, partim manuscripta, partim typis impressa, annis 1524—1526. (L. V, 1, folia impr. 26, mss. 88)

Opellam typis (post annum 1529, sine nota sub forma *quarti* quam dicunt) datam: 'Consilium super iuribus et preeminentia cancellariatus studii alicuius generalis, pro reverendo patre et domino de Paulo de Oberstain, preposito vienensi et eiusdem studii cancellario', excipiunt acta manuscripta de cancellarii querelis contra vindobonensis universitatis rectorem, universitatemque ipsam, super praelationis iuribus sibi utpote cancellario debitis. Insunt exempla a. epistolae Laurentii Campeggi cardinalis et ad caesarem oratoris, qua officiali pataviensi mandat ut, vocatis universitatis rectore, doctoribus, scholaribus, causam audiat et iudicet. Inc.: „Humilibus supplicum votis ex commisso nobis legationis offitio libenter annuimus . . . Vienne, 16 kal. nov. 1524." b. quatuor epistolarum (1524—1525) Ferdinandi archiducis Austriae Christophoro episcopo labacensi et administratori secoviensi, Leonardo de Harrac Austriae inferioris vicelocumtenenti, Dieterich episcopo neoburgiensi, Feliciano de Petschach, Erasmo de Doremberg, de ea re commisariis. c. epistolarum eorundem ac Pauli de Oberstein (1525). d. positionum et gravamiuum utriusque partis, tum universitatis, tum cancellarii in idem argumentum (1525), latine et allemanice. **867.**

Bellum rusticorum (868—872).

1525. Epistolae aliquot de rusticorum tumultu, et quidem a. Marci Antonii Longini a secretis, datae Oeniponti diebus 17 et 20 maii, Joanni Hieronymo fratri, ut et Aloysii Bella data Roboreti 20 maii, Baptistae Hispano et Augustino Campagnolae, narrantes quomodo ab archiduce privilegia et iura sibi concedi vellent, quae caedes ab iis perpetratae, praesertim Bolzani, Brixinae, Marani, Tridenti, Caldarii; b. episcopi tridentini data Ripae 29 martii, rectoribus Veronae, de eodem tumultu in Alsatia, Saxonia, Anglia. (I. VII, 459, p. 256—260.) **868.**

29 maii. Spiegl Jacobus refert principi . . . ducem Lotharingiae seditiosos rusticos in Alsatia aliisque locis persecutum fuisse, eorumque millia plura interfecisse. (I. VII, 459, p. 22.)

Inc.: „Dux Lothoringiae, ut ad principem scriptum est, per Jacobum Stuitzel, collectis quatuor millibus equitum . . . Eniponti, 29 maii.“ **869.**

12 iunii. Quidam refert Octaviano de Grimaldis, de seditione rusticorum contra eorum dominos in meditullio Germaniae excitata, cui Fridericus Saxoniae elector favit, uti creditur; quomodo communia venationis et piscationis iura repeterent; quid ab episcopis bambergensi, herbipolensi, et marchione Casimiro praestitum iis compescendis. (I. VII, 454, p. 319—321.)

Inc.: „His in locis omnia sunt in motu, nam omnes rustici Franconie insurrexerunt contra eorum dominos . . . Nurimberge, 12 iunii, 1525.“ **870.**

Petenda et proponenda a communibus provinciae comitatus tyrolensis in proxima diaeta Oeniponti celebranda anno domini 1525. (I. VII, 457, p. 97—107.)

Inc.: „Ex quo longe retroactis temporibus in spirituali et seculari potestatibus multe abusiones exorte sunt per quas verbum Dei postergatum. . ."

Bello rusticorum, ut appellant, contra primores in Germania per haec tempora graviter fervente, Oeniponti captum ut Austriae archiduci ad tumultus et seditionis causas in posterum declinandas, articuli sexaginta quatuor proponantur qui ab eo in rei publicae emolumentum erigantur ac firmentur, pro novis statutis provincialibus conficiendis. Ii autem se referunt ad externum ecclesiae cultum, nosocomia, tribunalia, castra munita, domus, vias, alienigenas, operariorum mercedes, venditiones, nundinas, vectigalia, decimas, haereditates, nuptias clandestinas, nothos: omnia archiduci subsint, nulla personarum distinctio admittatur: ex integro tollantur ordines mendicantes, beneficiorum ecclesiasticorum pluralitas, dedicationes sacrae (Kirchweihen), praebendarii et provisionales, servilis conditio, robotae, societates mercatorum, fraternitates artificum, bonorum infeudatio vassallis, consuetudinum multiplicitas.

Caeterum de hac teterrima rusticorum rebellione Marinus Sanudus in 'Diariis' egregie retulit anno 1525, vol. XXXVIII, p. 134, 141—142, 153, 180—181, 184—186, 192—194, 200—201, 204—205, 209—210, 216—217, 228—231, 235—242, 246—247, 249—251, 253, 255—260, 272, 278, 284—287. Scriptorum 'de bello rustico' seriem lege in 'Schmit Ritter von Taveira. Bibliographie zur Geschichte des österreich. Kaiserstaates.' Wien, 1858, vol. II, p. 90—92. **871.**

1525.
9 augusti.

Quidam refert Thomae Raconiensi bohemo Venetiis, de bello rusticorum contra eorum dominos; de gravibus infortuniis hoc anno in Bohemia, Austria et Silesia; de nuptiis Martini Lutheri et Martini Marchinech. (I. VII, 457, f. 356—357.)

Inc.: „Prage de die in diem alieni a fide exilium patiuntur, hoc est Pichardi fortes in fide christiana . . . Prage, 9 augusti, 1525." **872.**

1525.
27 februarii.

Dux Venetiarum Carolo V venerabundus laetatur de victoria ticinensi contra regem Gallorum, ex qua spem de pace futura ab eo christianae reipublicae sortienda insumit. Huius gratulationis officium plenius oratoris veneti ad id deputati praestabunt. (I. VII, 455, p. 512.)

Inc.; „Haud facile exprimi possit quantum animis nostris gaudium nuper attulerit a Deo optimo maximo . . . Venetiis, 27 februarii, 1525." **873.**

Joannis Lascari oratio Carolo V pro rege christianissimo in libertatem vindicando. (I. VI, 276, f. 12—22.)

Inc.: „Sacra cesarea et catholica maestà, io presentai laltro giorno el breve de la santità del papa a vostra serenità . . ." finit: „La informatione farò con piu ocio et commodo di vostra maestà, poi che el christianissimo re sarà liberato, che prima poco serve."

Studia undequaqne anno 1525 collata in Franciscum I a captivitate redimendum liquet. Eo Janus Lascharis, quem patriae suae a Turcis occupatae amor urgebat, a Clemente papa VII, id petens, caesari deputatur ut regem carcere expediendum et bellum Turcis inferendum adsequatur. Belle orator ubi regis in libertatem donati animum caesari devinctum iri ostendit, facilius germanicorum gallorumque armorum concordiam in Turcas converti posse asserit. Hinc imperatori aperit se a prima usque aetate mores ac vivendi instituta Turcarum callere; pluribus dehinc ad sultanum legationibus, eorum linguam, indolem, potentiam, arma, castra, metandi modum, situs terra marique, subsidia quae Christiani sub eorum iugo degentes praestaturi essent, apprime nosse; se denique ad ditiores super ea re notitias praebendas, quod belli fortunae fauturum sperat, paratissimum. Vividiori penicillo antiquam Graeciae felicitatem turpi conditioni hodiernae opponit, caesarem adprecans:

„Da propriam, vox magne, domum, da moenia pulsis."

Orationem ex codice ms. collegii urbani romani, publici iuris fecit Corcyrae anno 1845, Jo Baptista Scandella in 'Gior-

nale di legislazione, giurisprudenza, letteratura, scienze e varietà di utili conoscenze' p. 132—151. Huius compendium gallice dedit Andreas Papadopoulo — Vretos in opella: 'De l'idée dominante des Grecs sur la conquete de Constantinople'. (Athénes, 1854, 8⁰ p. 6—13.) Longe antea orationem integram, tempore et loco omisso, edidit Hodius in: 'De graecis illustribus' (Londini, 1742, p. 260). 874.

1525.
4 aprilis.

Carolus V Clementi papae VII epistolam per Castillionum nuncium acceptam significat. Grates agit quod optimum in se animum demonstret, nam de eius victoria gratulatus est, quam divino tribuit auxilio, ac ad ecclesiae christianae hostes repellendos opportunam ait. Foedus cum Gallo a pontifice percussum pacis auspitium fuisse existimat, quod Gallus propriis viribus, caesareis imminutis, confisus, nimia sua existimatione victus fuerit. (I. VII, 456, p. 211—212.)

Incip.: „Exhibuit nobis reverendus Balthasar Castillionus apostolice sedis protonotarius vestreque sanctitatis apud nos nuntius . . . Majorche, 4 aprilis, 1525." 875.

Idem Victoriae Columnae marchionissae Pischeriae significat Franciscum Quiterium oratorem nomine marchionis Mantuae, eius viri, sibi de victoria contra Gallos gratulatum, qua occasione ludens in verbo *Victoriae*, nomen ex mente minime sibi excessurum ait. (I. VII, 456, p. 297.)

Inc.: „Quam primum allatum nobis est de tam insigni, tam memorabili victoria, quam Deus optimus maximus in Insubria nobis . . ." 876.

16 novembris.

Breviarium *relationis* coram in senatu veneto habitae a Caspare Contareno, a legatione apud caesarem reduce. (I. VII, 458, p. 213—221.)

Inc.: „Come era ben sta instituto dalli nostri mazori che nel ritorno di soi oratori dovesseno riferire in senato di quelle cose . . . . 16 novembre, 1525."

Relationis ab Eugenio Alberi ex integro exhibitae (Relazioni degli *ambasciatori veneti*, serie II, vol. II, p. 9—73) breviarium utpote coaevum et fidele maxime faciendum existimo, praesertim quod, nescio quo casu, eius exempla non ita obvia sint. Etsi minime opportunum putem in ea iam edita excutienda immorari, tamen non possum quin plurimum auctorem commendem, quod continenti sermone oculis vividius subiecerit quidquid eorum temporum difficiliorem indolem, Hispaniae administrationem, viros ex ea praestantiores, Carolum imperatorem potissimum ac eius familiam spectat. **877.**

1525.
30 novembris.

Carolus V nuntiat duci Venetiarum, per Ferdinandum Hicium familiarem suum, Elisabeth Lusitanorum regis sororem natu maximam sibi coniugio adiunxisse, quod putat venetae reipublicae gratissimum fore, ut et Hispaniae fuit universae. Sponsam religionis, pietatis ac prudentiae dotibus praestantem ita laudat ut ei regni sui administrationem committere valeat, ubi ad inferendum christianae religionis hostibus bellum aut ad illatum propulsandum revocetur. (I. VII, 458, p. 454—455.)

Inc.: „Cum preter commune illud hominibus ingeneratum procreande sobolis desiderium ut filios animi et corporis . . . Toleti, 30 novembris, 1525.“

Epistolam scripsit Joannes Alemannus a secretis. Marcus Ferdinandus Hitius ob notitiam delatam scutis *a sole* biscentum donatus est, *aziò vadi ben satisfato via.* **878.**

18 decembris.

Dux Venetiarum Carolo V gratulatur, nomine senatus, de auspicatissimo eius coniugio, sponsamque Elisabeth summopere laudat: eo vero magis gaudet quod hoc modo per affinitates studeat inter principes christianos ad spem pacis concussam christianam rempublicam facilius erigendi. (I. VII, 458, p. 288.)

Inc.: „In recenti cesaree maiestatis vestre felicitate multa quidem nos ad gaudium et letitiam exhortant . . . Venetiis, 18 dec., 1525.“ **879.**

1526.
5 ianuarii.

Idem iterum gratulatur, eadem aliis verbis repetens. Cupit Deum ita eius votis favere ut liberi nascantur qui parentum imaginem et corpore et animo referant. (I. VII, 458, p. 457—58.)

Inc.: „Accepto nuntio auspicatissimi coniugii quod inter cesaream maiestatem vestram et sereniss. dominam Elisabeth . . . Venetiis, 5 ianuarii, 1526."

Puto epistolam ab oratoribus gratulantibus caesari delatam. **880.**

14 ianuarii.

Summarium articulorum pacis inter Carolum V et regem Galliae, cum celebratione matrimonii, initorum *in villa Madriti*, die 14 ianuarii, 1526. (I. VII, 417, p. 386—392.)

De tractatu (cui desunt articuli 32—40), utpote noto, nil recitandum puto. Codex Marcianus coaevus. **881.**

26 ianuarii.

Carolus V significat duci Venetiarum pacem cum Galliae rege iniisse, cui in amicitiae vinculum Eleonoram sororem suam matrimonio copulandam promisit, idque operit ut sciat quid ille pro christiana quiete et Italiae otio effecerit, quid veneta respublica ex eo sibi polliceri possit. (I. VII, 458, p. 664—665, 690—691.)

Inc.: „Quo studio non solum Italie sed universi christiani orbis quietem, libertatem et tranquillitatem pro viribus procuraverimus . . Toleti, 26 ianuarii, 1526."

Eandem magistratibus, senatoribus, populo Mediolani dedit, quae legere est p. 690—691. **882.**

2 martii.

Dux Venetiar. caesari gratulatur de pace inter imperium, Hispaniam et Galliam ab eo composita (quam Carolus V litteris 26 ianuarii duci significaverat). Laudat quod ea quae Venetis et universis christianis principibus pollicitus erat praestaturus sit, quod animi moderationem in victoria contra Gallos servarit. Eapropter illi omnia prospera adprecatur. (I. VII, 459, p. 12—13.)

Inc.: „Etsi pro summo ac perpetuo nostro erga cesaream

et catholicam maiestatem vestram cultu et observantia . . Venetiis, 2 martii, 1526."

Auctore Nicolao Sagudino, a secretis. 883.

1526.
25 martii.

Feste et archi triumfali che furono fatti in la intrata dello invitissimo cesare Carolo V re de' Romani imperatore sempre augusto, et della sereniss. et potentiss. signora Isabella imperatrice, sua muiere in la nobilissima e fidelissima città di Siviglia, adi 3 di marzo, 1526. (I. VII, 459, p. 262—268.)

Inc.: „Venendo lo serenissimo re di Portogallo a sposare con lo invittissimo cesare . ."

Auctor narrationis, quae Romae die ultima aprilis anni 1526 typis est edita, scribit quo ritu imperatrix a toletano archiepiscopo, a principibus et ducibus ac primoribus civitatis excepta sit, qua pompa Seviliam ingressa. Universae laetitiae signa spectaculis, arcubus triumphalibus, ornamentis, aulaeis stratis expressa. Arcus septem prudentiae, fortitudinis, clementiae, pacis, iustitiae, fidei, charitatis, gloriae simulacra, facibus interiectis decorabant, epigrammatibus inscriptis latine et hispanice, vel prosa oratione, vel carminibus, allegoriisque imperantium virtutes et vitia opposita referentibus. Sub fine ritus solemnior nuptiarum per cardinalem de Salviatis celebratus descriptus. 884.

8 aprilis.

Ludovicus Hungariae rex rogat ducem Venetiarum ut, hoste propriis regnis imminente, donec concordia principum et expeditio generalis effectum sortiatur, aliquod subsidium pecuniarum pro proelio conducendo praestet, praesertim cum proprium periculum cum Venetorum coniunctissimum sit. (I. VII, 459, p. 222.)

Inc.: „Superfluum existimamus commemorare et quanta necessitudo coniunctioque nobis in ista clarissima republica . . . Bude, in dominica palmarum, a. 1526." 885.

22 maii.

Capitula foederis, quod *sanctissimum* vocant, inter romanum pontificem Clementem VII, regem Gallorum, Venetos, ducem

Franciscum Sfortiam ac Florentinos adversus caesarem percussi. (I. VII, 459, p. 339—351.)

Textus inc.: „Cum multos iam annos diuturnis et continuis bellis vexata christiana respublica tam fracta ac debilitata . . . Cogniaci, 22 maii, 1526."

Edidit Lünig, cod. Ital. I, 175. V. Raynald §. 6. 886.

1526. 22 iunii. Ludovicus rex rogat ducem Venetiarum ut, cum Turcae itinere trium aut quatuor dierum absint a Naudoralba, regnum hungaricum aggressuri, quam citissimo auxilio subveniat, quo pacto non tantum Hungariae quam christianae reipublicae saluti conferet. (I. VII, 460, p. 137—138.)

Inc.: „Cum dominatio vestra illustrissima ex creberrimis litteris nostris iam satis clare intellexerit.. Bude, 22 iunii, 1526." 887.

25 iunii. Capitaneus colocensis nuntiat Ludovico regi quos ex transfugis aliisque rumores habuit de ingenti Turcarum bellico apparatu ad Hungariam aggrediendam. (I. VII, 460, p. 168—170.)

Inc.: „Nudius tertius pervenerunt tres familiares maiestatis vestre sereniss. qui nuperrime cum Nicolao Sclender . . Varadini Petri, 25 iunii, 1526." 888.

8 iulii. Ordo pompae solemnis Venetiis celebratae promulgatione facta foederis quod *sanctissimum* nuncuparunt, inter Gallorum regem, pontificem, Venetos, ducem mediolanensem et Florentinos in imperatorem, die dominico, 8 iulii, 1526. (I. VII, 460, p. 42—55.)

Inc.: „Consieri dil palazo su la piaza per mezo la panataria, prima era posto do man di spaliere."

Praeest descriptio ditioris apparatus quo ducale palatium, ecclesiae ss. Marci et Geminiani, ac porticus quos *Procuratie* vocant, diei festi dignitatem portendebant: structurae architectonicae ex ligno, picturae, signa, ornamenta, panni auro intexti, aulaea eximii operis, vexilla. Singulare est quod, expensis fa-

miliae Contarenae, pannus purpureus cum eius insigniis turrim d. Marci campanariam a summo ad imum obduxerat, flammulis et tintinnabulis belle ad superiores fenestras appositis, ut, vento agitante, et visum et auditum recrearent. Nuncius ducalis lapidi *del bando*, uti dicunt, insistens, duce, principum oratoribus, senatoribus, viris patriciis stantibus, foedus promulgat. In pompa primus locus fraternitatibus *(scuole)* datus: monacorum familiae, congregationes presbyterorum, capitula succedunt, magno legatorum et magistratuum, ad vota reipublicae nuncupanda, comitatu. Ab omnibus de magnificentia certatum; viri enim splendidius induti pontificem, principes qui foederi nomen dederunt, divos Marcum, Petrum, Ambrosium, Ludovicum, Georgium, statuum protectores referebant: puellae, indiciis adhibitis, virtutes victoriamque foedere obtentam fingebant. Equi ipsi, fercula et pilenta cum sacris lipsanis auro, argento, gemmis coruscantibus, donaria, cerei eius pompae splendori augendo mire conferebant.

V. num. 886. **889.**

1526.
23 augusti.

Carolus V, ubi enarravit quae post ticinensem victoriam egit, dum Galliae regem captivum in libertatem restituit, eique Eleonoram sororem matrimonio copulavit, ac reipublicae christianae commodis consulere studuit, romani imperii principibus, episcopis, marchionibus ec. scribit se mirari quod, suadente pontifice (cui onus discordias componere), foedus inter Gallorum regem, pontificem, Venetos et Florentinos contra imperium percussum sit; unde omnibus principibus, vassalis, feudatariis ec. indicit ut imminentem iniuriam pro viribus propulsare apparent. (I. VII, 460, p. 503—504.)

Inc.: „Que nostra hactenus pro christiane reipublice salute, pace ac tranquilitate fuerint consilia, evidentioribus testimoniis .... Granate, 23 augusti, 1526."

V. num. 886, 889. **890.**

26 augusti.

Christophorus Rothmundt Joanni patri suo, nurembergensi narrat ducem Mediolani Cremonam invadendam tentasse, ponti-

fice opitulante; sexdecim naves Massiliae Galliae regi subdidisse; advenisse quoque ibi sexdecim ex Venetiis, octo ex parte Andreae de Auria: narrat rumores de navibus ex Hispania venturis: dolet de caesare ea minime curante: rogat de rusticorum tumultu, lutheriana fide, diaeta spirensi. (I. VII, 460, p. 406—407.)

Inc.: „Campus pape et Venetiarum est usque adhuc fortis ante Mediolanum, tali modo se muuiendo . . Genuae, 26 augusti, 1526." **891.**

1526.
21 septembris.

Conventum inter Clementem papam VII et Hugonem de Moncada Caroli V oratorem et ad id deputatum, de armorum suspensione, uti dicunt. (I. VII, 460, p. 536—537.)

Capitula incip.: „Quod sit suspensio belli atque armorum et indutiarum hinc inde tam mari quam terra . . . Rome, 21 sept., 1526."

Quinque capitulis pacta absolvuntur: 1. Suspensio belli, armorum et induciarum quatuor mensium spatio habeatur pro Mediolano, Janua, Florentia, Ferraria, Senis, et aliis locis. 2. Commercium sit liberum. 3. Tempus bimestre amicis et confoederatis utriusque partis concedatur ad suspensionem approbandam. 4. Columnenses et adhaerentes plenaria absolutione gaudeant. 5. Hugo, capitulatione firmata, copias militares quae cum ipso et Columnensibus Romae sunt, extra loca ecclesiae in regnum neapolitanum reducat. Cardinales in castro S. Angeli praesentes subscribunt et Martini de Portugallo ac Bernardi de Rubeis episcopi tarvisini testimonio roborant. V. Raynald §. 17—44. **892.**

21 septembris.

Mandatum Caroli V Carolo de la Noy viceregi Neapolis, procuratori deputato ad paciscendum cum pontifice de foedere offensivo et defensivo. (I. VII, 462, p. 247—248.)

Inc.: „Si christiana respublica in tanto unquam discrimine constituta fuit ut christianorum principum opera quam maxime indigeret . . Granate, 21 septembris, 1526."

Turcarum in christianam rempublicam ausus quotidie succrescentes animadvertens, unaque cogitans quantum Italiae tranquillitatis conducat ad animos contra eosdem cogendos, deputat Carolus V Carolum de la Noy suum procuratorem, qui cum romano pontifice et caeteris Italiae principibus ad ligam defensivam et offensivam contra Turcas caeterosque christianae religionis hostes conveniat. V. num. 898. **893.**

1526.
4 octobris.

Ferdinandus archidux Austriae mandat Sigismundo Dietreichhamer et Andreae Rauber vicedomino Carinthiae ut abatiae, praepositurae et parochiales ecclesiae *omnia clenodia aurea et argentea*, et beneficia centum florenorum raynensium redditum excedentia medietatem reddituum exhibeant ad loca Hungariae a Turcis hostiliter occupata recuperanda et ad archiducatum dilatandum; eoque significat mense eodem sibi dilectum Christophorum Frangepanem contra Mahumetem progressurum. (I. VII, 461, p. 87—88.)

Inc.: „Vobis committimus quatenus pro defensione et conservatione subditorum nostrorum Austrie, Styrie, Carinthie et Carignole . . . Lincii, 4 octobris, 1526." **894.**

6 octobris.

Franciscus Galliae rex electoribus principibus romani imperii apud Spiram congregatis dolet Turcas Hungariam fere universam armis invasisse, ac in eo esse ut Austriae archiducatum facile occupent, quod non validis munitisque urbibus eorum progressus retardetur. Protestantium dissidiis memoratis, miratur eo magis gravioribus inter se odiis animos concitari, quo christiana religio propius periculo accedit Dum nihil praetermisisse asserit ut imperatorem ad pacem componendam hortaretur, Germaniae principes rogat ut tantis medeantur malis et ab imminenti periculo patriam tueantur. (I. VII, 461, p. 222—224.)

Inc.: „Redditis a tabellario vestris litteris, nihil magis ex animo nobis faciendum putavimus quam ut primum petitioni . . Ex Belgentiaco, 6 octobris, 1526." **895.**

1526. 16 novembris. Joannes Hungariae rex duci veneto significat se, post honoris officia Ludovico regi demortuo praestita, omnium praelatorum et nobilium consensu, in maximo conventu Albae regalis, in regem Hungariae electum et diademate insignitum fuisse: curabit ut in conservatione amicitiae et boni foederis cum republica veneta praedecessores superet. (I. VII, 461, p. 285—286.)

Inc.: „Postquam Deo maximo placuit ut post novissimam acceptam cladem, hoc regnum nostrum Hungarie . . . Albe regalis, 16 novembris, 1526.“ 896.

1527. Compendio delli successi del serenissimo re Ferdinando allo acquisto del regno dì Hongaria. (I. VII, 464, p. 339—343.)

Inc.: „Non habiandosi per modo o via alcuna poduto concordar non obstante la interpositione del sereniss. re di Polonia . . .“

Ferdinandus rex, Hungaria, Bohemia, Silesia et Moravia peragratis, cum frustra Joannem Zyps ad renuntiationem iurium in coronam hungaricam hortatus esset, magno exercitui Casimirum Brandeburgi marchionem praeficit et Vindobona Hungariam versus proficiscitur. Altemburgium, Posonium, Javarinum levi opere occupantur. 897.

29 martii. Capitula induciarum et suspensionis armorum inter Clementem papam VII et Carolum de la Noy viceregem neapolitanum, locumtenentem et capitaneum generalem Caroli V, eiusque procuratorem. (I. VII, 462, p. 241—249.)

Haec capitula partim itale, partim latine, data Romae 16 martii, 1527, denuo recognita sunt die 29 eiusdem mensis. In iis haec summatim recitata proponuntur, ad pacem generalem apparandam. Suspensio armorum in universa Italia inter pontificem, imperatorem, regem Francorum, Venetos et adhaereutes nominandos, qui teneautur loca vi occupata restituere a die stipulationis, et intra mensem ab hoc termino sicut confoederatos et amicos se declarare; commercium liberum; mutua defensio. Imperator sententiam dicat de rebellibus et Columnensibus: pon-

tifex solvat bis centum millia ducatorum imperatori, auferat censuras et excommunicationes, nihil innovet quoad occupantes ecclesias et beneficia. Agitur ulterius de iis navibus quae in portibus admittendae sunt et de piratis, terris pontificis et Venetorum ab Alemannis post stipulationem evacuandis, damnis reficiendis ubi una in alterius partis regionem incursionem fecerit, habenda ratione Angliae ceu in pacem pronae. V. num. 893. **898.**

1527.
mense aprili.

Induciae inter pontificem, regem Galliae, Venetos et Mediolani ducem renovatae, accedente Angliae rege, ad universalem pacem praeparandam — mense aprili, 1527. (I. VI, 462, p. 329—332.)

Cum pontifex animadvertat inducias cum iisdem principibus anno superiore 1526 factas, temporum iniuria fuisse infirmatas, easdem instaurandas proponit, quibusdam additis aut immutatis. Statuta octodecim capitulis resumuntur: Confoederatorum copiae eam Italiae partem defendant, in quam hostium impetus vividior. — Rex Galliae ad hostes ab Italia avertendos bellum ultra montes movebit, et classe Siciliam aut aliam regni neapolitani partem invadendam parabit. — Regno neapolitano recuperato, disponendum erit eo modo ac in conventis iam initis et firmatis, data pontifici facultate imperatorem privandi omni iure in id regnum, et subditos ac barones ab iuramento fidelitatis absolvendi. Pontifex spondet censuris ecclesiasticis *fulminaturum* Italiae hostes ac praecipue Carolum Borbonium. Classis Agrigentum versus erit profectura ad frumenta conquirenda. Rex Galliae et Veneti, eorum quilibet triginta millia ducatorum singulis mensibus, per tres menses exsolvent, cuius summae partem illico Galliae rex numerabit. Pontificem Veneti quindecim millibus ducatorum donabunt. Nullus ex confoederatis aliquid inibit sine caeterorum consensu, sub poena bis centum millium ducatorum. Oratores regis Angliae vades pro confoederatis subscribunt

Capitulorum nuncio Venetias delato, excandescere animi quod Venerio oratori nulla foret paciscendi facultas, cum in senatu

amentem, ebrium appellari, quin et propositum in carcerem coniiciendum. **899.**

1527. 5 maii. Capitula pactionis inter pontificem et capitaneos caesareos Romae compositae die 5 maii, 1577 (itale). (I. VII, 417, p. 392—394; 463, p. 178—182.)

Quae per compendium in marcianis codicibus sub die 5 maii exhibita, ea textu absolutiori leges die 5 iunii data in a. Dumont, IV, 3, 99—101. — b. Lünig 'Codex Ital. diplom.' I, 187—194. — c. Buchholtz 'Geschichte der Regierung Ferdinand I.' III, 609—613. — d. Sudendorf 'Registrum für die deutsche Geschichte' 169—172. **900.**

25 iulii. Joannes rex Hungariae Augustino Valerio provisori Vegliae commendat Joannem Baptistam Bonzagnum in iis in quibus eius consilio egeat, maxime ut possit Venetias celeriter adire et frequenter ad se ac comitem Bernardinum de Frangepanibus litteras mittere. (I. VII, 463, p. 483—484.)

Inc.: „Mittimus ad illustriss. dominium venetum hunc fidelem nostrum rever. Joannem Baptistum Bonzagnum utriusque iuris doctorem . . Bude, 25 iulii, 1527." **901.**

28 iulii. Carolus V cuidam Romae dolet de foedissima eius urbis direptione ab eius exercitu, Carolo Borbonio duce, anno eodem facta, ita tamen ut *iniquorum hominum sycophantiam qui eam cladem crimini nostro ascribere presumant* declinet. (I. XI, 143, n. 10.)

Inc.: „Cum argumento omnis felicitatis discesserat Petrus a Vercy, camerarius noster . . Vallissoleti, 28 iulii, 1527." **902.**

28 iulii. Idem cardinali Joanni Salviati nuntiat se gravi animi dolore accepisse quae Romae acciderunt. Propriam in pontificem bonam voluntatem asserit, pro quo et arma a se sumenda testatur in improbos et sycophantas. (I. VII, 464, p. 21—22.)

Inc.: „Discesserat Petrus a Vercy, camerarius noster quem

ad summum pontificem misimus, ut nostro nomine eum salutaret . . Vallissoleti, 28 iulii, 1527." **903.**

1527. 12 septembris.

Capitoli fatti tra lo illustriss. et excellentiss. mons. de Lautrec, conte de Foys, locotenente della maestà cristianiss. in Italia et capitanio general de la liga, con lo illustriss. conte Baptista Lodrone, colonello de Alemauni in Alexandria, adi 12 septembrio, 1527, nel felicissimo esercito della liga presso la detta città. (I. VII, 444, p. 48—50.)

Quae referuntur ad deditionem arcis munitae Alexandriae capitula his absolvuntur: 1. Lodronus Alexandriam locumtenenti de Lautrec, vacuam gentibus germanico servitio addictis dabit — 2. Miletes *lanzichenechi* (Landsknechten) appellati et alemanni Germaniam concedant, quo itali quoque si velint, dummodo iurent sex mensium spatio contra *ligam* non pugnaturos. — 3. Qui foedifragi ante capitulationem fuerunt eadem comprehendantur; captivi in arce relaxentur; *lanzichenechis ligae* adhaerentibus res propriae restituantur. — 4. Capitaneus Hieronymus Pechia vercellas redeat, ut et officiales cum familiis eant quo libet. — 5. Urbis depraedatio aut quodlibet damnum severius prohibeatur. — 6. Remissio impensarum, restitutio bonorum mobilium et immobilium, cuiusque processus et sententiae suppressio indicatur. — 7. Privilegia urbi confirmata sint. — 8. *Lanzichenechi* alemanni nihil secum deferant de iis quae cives spectant. **904.**

8 novembris.

Ferdinandi Hungariae et Bohemiae regis edictum. (I. VII, 464, p. 297—298.)

Inc.: „Notificamus omnibus et singulis nostris subditis tam in spiritualibus quam in temporalibus, cuiuscumque gradus, status . . Vindobone, 8 novembris, 1527."

Victoria apud flumen Tiza prope Tokai contra comitem Joannem Zyps memorata, nuntiat omnes Hungaros ac eidem comiti adhaerentes coram diaeta regali hungarica Budae comparuisse, ratamque habuisse eius electionem Posonii habitam die 16 octo-

bris in regem Hungariae, qui ritus 3 et 4 novembris habitus. Spondet Turcas a finibus imperii aversurum et christianitatem toto homine defensurum. Mandat ut pompis, missis, praedicationibus, pro praestitis beneficiis Deo grates agantur. **905.**

1528. mense aprili. Joannes Hungariae rex principibus imperii, iuribus propriis in Hungaria regnum recitatis, iniurias sibi a Ferdinando Bohemiae rege illatas enarrat, eorum historiam a morte usque praecessoris sui Ludovici praetexens. (I. VII, 468, p. 298—302.)

Inc.: „Optime constare apud dominationes vestras credimus quemadmodum post acceptam illam calamitosam . . Tharnovie, . . aprilis, 1528." **906.**

20 aprilis. Carolus V Lucenses hortatur consilio et favore adhaereant propriis agentibus qui Lucae sunt, brevi enim cohibiturus erit insanos conatus Clementis VII et Francisci regis, quorum primum ad pontificatum evexit, alterum e captivitate liberavit. Confidit eos iustam causam non ignoraturos, ac brevi arma pro imperio et contra infensissimos christiani nominis hostes moturos. (I. VII, 466, p. 263.)

Inc.: „Quanta benevolentia Clementem VII pontificem maximum, Francorumque regem prosecuti semper fuerimus . . Vallissoleti, 20 april., 1528." **907.**

mense maio. Joannes Hungariae rex, ad res proprias componendas mandat suo oratori Venetiis, excitet Venetos ad res Italiae stabiliendas ac Ferdinandi et Caroli fratrum progressus cohibendos; illi totis viribus obstandum ne fratri suppetias ferat. Urget eo in negotio de Venetorum salute ac propria agi; studeant Veneti comitatum Tyrolis et Carniam austriacae familiae sibi infensae subtrahere. Non dubitat Sclavos et in Hungaria et in Transylvania ferdinandicae servitutis osores. Addit regem Poloniae neutralitate postposita sibi auxiliaturum. Dolet de Carolo imperatore cui et fratri asserit imputanda quae damna christianae reipublicae impendent, praesertim ex Turcarum coeptis. (I. VII, 466, p. 192—194.)

Inc.: „Quod ad negotia nostra attinet scribimus satis diffuse ad illustrissimum dominium, quarum litterarum copiam . . . Tharnovie, . . maii, 1528.“ **908.**

1528.
22 maii.

Idem protestatur coram Deo et caesarea maiestate, non sibi culpae adiudicandum, si ad Hungariae regnum ab iniuriis Ferdinandi fratris vindicandum, bellum ei declarat. Quae hucusque gesserit ad haec pericula a christiana republica amolienda, enarrat. (I. VII, 468, p. 302—303.)

Inc.: „Post interitum serenissimi d. Ludovici, domini et precessoris nostri colendissimi felicis memorie . . . Tharnovie, 22 maii, 1528.“ **909.**

22 maii.

Idem duci Venetiarum significat communem hostem Ferdinandum Bohemiae regem Hungariam armis turbare, quibusdam in id regnum iuribus sibi inique arrogatis: in patria libera, libero omnium consensu regem coronatum se valde mirari quod Ferdinandus regionem hostili caede madentem aggrediendam insumat, prece, pretio, promissionibus quosdam rebelles ad se alliciens. Rogat ut adiumento sit, nam Veneti quoque Ferdinandum in Foroiulii inimicum, et Carolum fratrem una cum Ferdinando sentientem in Italiae et reipublicae ruinam paratum, habent quos timeant. (I. VII, 466, p. 189—191.)

Inc.: „Miseramus anno superiore ad vestram illustriss. dominationem fidelem nostrum rev. Joannem Baptistam Bonzagnum . . Tharnovie, 22 maii, 1528.“ V. num. 901. **910.**

10 septembris.

Christianissimi Francorum regis consilium adversus imperatorem electum, prorogati duelli auctorem. (L. XIV, 199.)

Inc.: „Anno a Christi opt. max. natali millesimo quingentesimo vigesimo octavo, IV idus septembr. in aula palatii regalis inclite Parisiorum urbis . .“ —

Historia agitatur de *duello* a nuntio Caroli V Francisco Galliae regi proposito; item acta in consilio supremo Parisiis supra re eadem. Consilium editum est Parisiis, 1528, 4°. **911.**

1528.
15 septembris.

Officiales et conservatores libertatis senenses caesarem rogant ut filiam Ferdinandi Ptolomei Racanae in Apulia domini, recens demortui, eius haeredem constitutam, uni ex quatuor Ferdinandi nepotibus matrimonio iungat. (L. XI, 83, f. 237—239.)

Inc.: „Eos maiestati tue commendare cives quos ornat vite integritas, scientie copia nec vulgaris doctrine splendor . . . Ex palatio Senarum, 15 septembris, 1528."

Accedunt litterae eorundem cancellario imperatoris ut hoc quod rogant beneficium impetret, sic incip.: „Omnium rerum que in hominum vita consuetudineque versantur nihil pulchrius." **912.**

27 decembris.

Carolus caesar respondet officialibus baliae et conservatoribus Senarum, bono animo sint et. *si quid acerbius aut dictum aut factum ab eius agentibus factum fuerit, id in meliorem partem interpretentur.* (L. XI, 83, f. 239.)

Inc.: „Que de constanti vestra in nos et romanum imperium fide ac devotione multorum ore ad nos identidem perferantur . . Bononie, 22 decembris, 1528." **913.**

1529.
28 iunii.

Joannes Hungariae rex, Dalmatiae, Croatiae, universitati comitatus castriforensis significat pacem cum Turcis, absque ullo gravamine, pepigisse: eapropter cum compertum habuerit quosdam artibus Ferdinandi archiducis deceptos rebellionem moliri, admonet illico mittant nuntios qui fidelitatem et obedientiam profiteantur, alioquin sibi imputent quidquid mali iis in posterum illatum fuerit. (I. VII, 469, p. 251—252.)

Inc.: „Sciatis nos cum potentissimo cesare Turcarum pacem perpetuam, ut regnum hoc nostrum Hungarie cum partibus sibi subiectis . . . Ex Hippa, 28 iunii, 1529." **914.**

mense iunio.

Summarium pacis inter Clementem papam VII et Carolum V, Barcinone mense iunio anni 1529 initae. (I. VII, 417, p. 400—403.)

Inc.: „Fit liga et amicitia perpetua, remissis odiis et iniuriis antiquis . . .“

Agitur de familia de Medicis Florentiae regimini ac pontifice in locorum subreptorum dominium restituendis; obedientiae iuramento per caesarem eidem praestando; iuvanda expeditione, si opus erit, contra Ferrariae ducatum, arbitrio in Mediolani ducatum pontifici dato; distributione salis in eodem ducatu; Ferdinando Hungariae rege in foedus cooptando. Accedunt articuli de expeditione contra Turcas et de bulla cruciatae. **915.**

1529.
5 augusti.

Summarium capitulorum Cameraci pactorum inter Carolum V et regem Galliae, mense iulio, anno 1529. (I. VII, 417, p. 403—405.)

Inc.: „Sia pace fra le dette maestà et siano amici degli amici . . .“ finit: „a calende d'agosto si pubblicherà l'accordo.“

Foedere hoc, quod Galliae dedecori maxime vertit, Franciscus natos, vades datos, tunc recepisse confidit cum ingentem pecuniae vim caesari et Angliae regi exsolvat, urbes principes Neapolim, Mediolanum, aliasque in Italia et Gallia restituat, classem commodet, cautiones praebeat. Pactiones calendis augusti evulgandas decretum. **916.**

Caroli caesaris ad Hispanos de eius discessu oratio, a. 1529. (I. VII, 469, p. 16—19.)

Inc.: „Video, viri hispani, quam solliciti sitis, quam egre feratis me hanc expeditionem atque hinc abitionem moliri . .“

Gratum se imperator Hispanis profitetur quod de eo discedente sollicitudinem significaverint, timent enim bella inter eos oritura, hostes paratos regnum aggredi, aliquid detrimenti Carolo imminere. Hispaniam utique, uxorem et filios, anxios subditos minime deseruisset, nec universae provinciae moerorem sprevisset, nisi imperatoris officium iter ad Italiam pacandam non modo opportunum sed necessarium testaretur. Cui itineri tria maxima impellunt: ardor religionis tuendae, pontificis votum, desiderium dignitatis suae conservandae. Mores ab eo esse in

pristinum revocandos, vim iustitiae restituendam, luxum cohibendum, modum ambitioni ponendum, tollendas haereses, superstitiones corrigendas. Urbes deflet direptas, oppida incensa, millia hominum caesa, omnia prostrata. Sui esse, Gallorum rege lacessitus antiquum imperio vindicare splendorem, quo loco *duellum* memorat Francisco propositum. Hortatur bono animo sint, quod hoc discessu longius imperium cum sui nominis laude erit aucturus.

A mense iunio naves pro discessu Barcinone paratae; rex promittebat adveniente augusto soluturum; die augusti duodecima Januam appellit. **917.**

1529.
23 septembris.

Commissarii et consiliarii deputati ad bellum Carolo V enarrant Turcas magno copiarum et bellicorum tormentorum apparatu Vindobonam obsidere; civitatem non aeque instructam in proximo periculo versari, nec posse cito, ut rei gravitas postulat, muniri: suburbia iam iam in manus Turcarum casura; melius esse eorum magnam partem incendio delere: rogant enixe ut copias, arma, tormenta bellica illico mittat. (I. VII, 470, p. 192–194.)

Inc.: „Quemadmodum scripsimus proximis diebus vestre maiestati quia nos certissime obsidemur et detinemur per Turchum . . Viennae, 23 sept., 1529." **918.**

Summarium foederis alterius inter Carolum V et Franciscum regem Galliae, anno item 1529. (I. VII, 417, p. 394—398.)

Inc.: „Pax et amicitia perpetua in futurum sit inter dictos reges et praesertim a celebratione tractatus in oppido de Madrid, de anno 1526 citra . . ."

Foedus articulis 46 conclusum iam editum est. **919.**

mense aprili

Galliae rex mittit Germaniae principibus oratores qui testentur quam inique probris et calumniis eius nomen offundere mali homines in Germania tentarint. Memorat quae passus est ad pacem cum caesare componendam et liberos quos tenet obsides

redimendos. Iis propositionibus spretis, Turcas animum insumpsisse et reipublicae christianae fines esse transgressuros, cum aperto Germaniae periculo. Spondet se ingentibus copiis, germanicis rebus aflictis opem laturum, statim ac caesar conditiones oblatas acceperit, arma deposuerit, filios sibi reddiderit, pacem bello praetulerit. (I. VII, 468, p. 215—218.)

Inc.: „Mallem equidem, illustriss. principes, in tanta rerum perturbatione inque tanto Europe huiusmodi tumultu . .“ **920.**

Carolus V Bononiae coronandus (921—927).

1529. 5 novembris. De Caroli V adventu Bononiam triumphali, die 5 novembris, a. 1529, auctore *Antonio de Marsilio.* (I. VII, 470, p. 203—210.)

Inc : „La intrata sopraditta fu alli 5 di novembrio, 1529, con l'ordine infrascritto et cominciò a hore 22 in zercha . .“

Eadem enarrat quae plures hac super re scripserunt, nisi quod ubi de variis equitum ordinibus sermonem instituit, fusiori descriptione eos persequitur. Addit insuper syllabum sacrorum lipsanorum arae maximae in ecclesia s. Petronii superpositorum, et verba adiuncta *orationi* et *postcommunioni* in missa pro imperatore. **921.**

15 novembris. *Hieronymi Bontempo.* Descriptio pompae solemnioris qua Carolus V Bononiam est ingressus. (I. VII, 470, p. 196—203.)

Inc.: „Alli 27 del passato scrissi come meglio potei a. v. s. ill. la entrata fece la santità di nostro signore in questa città . . Bononie, 15 novembris, 1529.“

Auctor effuso sermone narrat quae diebus Jovis et Veneris, quarta et quinta novembris, ea occasione acta sunt, ac primum quo ordine porta mutinensi exeuntes cardinales, quos singulatim

numerat, cum patriarchis, archiepiscopis, episcopis, summatim octoginta, ultra milliarium constiterint; domicellus vero pontificis cum quatuorcentum equitibus bononiensibus, Rheni pontem transgressus iverit in occursum imperatoris ex Castrofranco venientis. Principis maiestatem antecedunt plures ordines equitum numero fere bis mille, cohortes levis armaturae, catafracti, manuballistarii, turmae regiae protectorum, equites singulares, pueri eminentes, rei tormentariae apparatus, vexilla quatuordecim. Carolum fulgide loricatum, albo equo insidentem, plausus universos serena fronte excipientem principes et praelati ex Italia et Hispania circumstant, sexcentorum equitum agmine vestium splendore conspicuo insequenti. Ut ventum ad *Fornaces*, prima cardinalium salutatio, qua absoluta imperator ad monasterium cartusianense, milliario ab urbe, pernoctaturus devehit. Postridie rei municipalis curatores cum viginti quatuor ex primoribus iuvenum bononiensium ad portam civitatis sub tentorio offerunt claves urbis Carolo, cuius vestes aeque ac ephipiae auro coruscant et gemmis *che valevano un mondo*. Portam picturis imperatorum imagines et navium rostra ac gubernacula referentibus ornatam, signa et vexilla in viis excipiunt, epigrammata latina pontifici ac imperatori dicta, aulaea strata, buccinarum et campanarum clangor, populi frequentia ad octoginta hominum millia. Quadruvium prope palatium arcus triumphalis ex opere lateritio, statuis superpositis et laudibus Clementi papae VII, Constantino M., Sigismundo et Carolo V caesaribus, Ferdinando Hispaniae regi inscriptis exornat. Carolus, caesaris maiestate dimissa, obviam fit genibus flexis pontifici in palatio urbis maximo, eaque humanitatis et submissionis testimonia exhibet, ut adversarios quoque in lacrymas et admirationem trahat. Idem demum ubi in ecclesia s. Petronii aliquantulum ovans substitit, palatium sibi et pontifici paratum contendit. 922.

1529.
25 novembris.

Idem epistola data 25 novembris narrat quae ad eum diem Bononiae acta sunt, dona, pleraque in esculentis, imperatori a communitate bononiensi decimaoctava eius mensis oblata, adven-

tus et salutationes principum, vagos de futuris rumores, ludorum certamina parata. (I. VII, 470, p. 231—235.)

Haec omnia latius descripta a Caietano Giordani in opere: 'Della venuta e dimora in Bologna del sommo pontefice Clemente VII.' Bologna, 1842, p. 1—60. **923.**

1529.
mense novembri

Marci Maii. De triumphali Caroli V Bononiam accessu . . (I. VII, 470, p. 210—214.)

Inc.: „La partita dilo imperadore da Piasenza per Bologna . . Partito dunque da Piasenza a di 25 de octobre cum ante et retroguarda."

Auctor parum ab iis discrepat quae Marsilius et Bontempo enarrarunt; iter et eventus a Placentia, die 25 octobris usque ad locum *Fornaci* die 5 novembris breviter adiicit, satis se apostolicae sedi infestum obtestans, dum quo loco Carolum cum pontifice congressum nuntiat, cardinales *diavoli* appellat. **924.**

3 decembris.

Capitula inita ab duce Francisco Sfortia cum Carolo V Bononiae. (I. VII, 470, p. 320—328.)

Inc.: „Cum alias sanctissimus . . . Carolus . . . Franciscum Sfortiam Vicecomitem . . in ducatum et statum Mediolani . . . 3 decembris, a. 1529."

Non obstantibus criminationibus iisque gravioribus in Franciscum Sfortiam, Carolus, suadente clementia, intercessione quoque accedente pontificis, eundem enixe rogantem in investituram ducatus mediolanensis, iuramento fidelitatis admisso, restitui sequentibus conditionibus indulget. 1. Franciscus realem possessionem Mediolani et Papiae ac earum pertinentiarum assequatur, iuxta prioris investiturae formam. — 2. Solvat caesari, terminis statutis, tercenta millia ducatorum. — 3. Det cautionis titulo castrum Comi cum arce et castrum Mediolani. — 4. Offerat victualia et munitiones quae tercentis personis arcis Mediolani sufficiant. — 5. Solvat praedictam summam ad rationem quin-

gentorum millium ducatorum quolibet anno, securitatibus mercatorum datis. — 6. Francisco sine legitima sobole decedente, praefecti arcium et civitatum eas consignabunt imperatori, solutionum, si quae essent fiendae, obligationibus manentibus. — 7. Rebelles a tempore expulsionis Ludovici Sfortiae plenam indulgentiam consequantur, et patriae, famae, honoribus, bonis restituantur. — 8. Imperator sibi reservat arbitrium cum Mediolani duce tractandi de remunerationibus iis praestandis qui in mediolanensis ducatus vel acquisitione, vel recuperatione, vel conservatione deservierant. — 9. Quoad remunerationes quaedam in antecessum designantur; singulares vero constituuntur pro Antonio de Leyva et marchione Vastii. — 10. Capitula in primo conventu contenta de cessione ducatus Barri et distributione salis inviolata remaneant. — 11. Rex Galliae quoad defensionem ducatus Mediolani, in foedere barcinonensi censeatur inclusus. Accedunt nomina procuratorum, testium, notariorum, cum declaratione gratiarum quas Franciscus Sfortia caesari pro beneficio egit. **925.**

1529.
23 decembris.

Capitula pacis conclusae inter summum pontificem, caesarem, Ferdinandum eius fratrem et illustriss. dominium Venetiarum ac illustr. ducem Mediolani. (I. VII, 785, f. 156—161, 186—187; 914, f. 26—34; 1217, f. 26—33, 70—71.)

Inc.: „Cum alias inter sacratiss. et invictiss. principem Carolum V divina favente clementia electum Romanorum imperatorem . . Bononie, 23 decembris, 1529."

Accedunt eiusdem foederis confirmatio per Carolum V data Barcinone, die 26 aprilis, 1535, et per dominium venetum Neapoli, 10 febr., 1535. Compendium habes in codice 417, classis VII. mss. ital., p. 399—400.

Documentum integrum legere est in 'Dumont', Corps univ. diplom. IV, 2, p. 53—56; 'Lünig', Codex Italiae diplomat. III, 154—166; 'Gaetano Giordani' Della venuta e dimora in Bologna ec. **926.**

Conventa singulatim iu foedere generali Bononiae a Carolo V cum legatis Alphonsi Estensis ducis Ferrariae. (I. VII, 470, p. 336—338.)

Duobus capitulis foederis barcinonensis, mense iunio eiusdem anni recitatis, videlicet. 1. *Pontifici restituantur Cervia, Ravenna, Mutina, Regium et Ruberia.* — 2. *Ducatus Ferrariae utpote ecclesiae feudum apostolicae sedi devolutum ob felloniam et rebellionem, sententia consistoriali obfirmatam, Alphonsi Estensis ducis, armis spiritualibus, vel, ubi effectum ea non sortiantur, etiam brachio seculari, imperatore opitulante, pontifici eque restituatur;* captum: Ferrariae dux illico restituat sanctae sedi Mutinam, Regium, Ruberiam; imperatori vero communitatem carpensem, nec non fructus exinde a dato termino perceptos ac pecunias promissas.

Gratiarum et submissionis officiis tum pontifici, tum imperatori praestitis, ferrarienses legati respondent neutiquam evinci posse pontificem civitatibus Mutinae, Regii ac Ruberiae spoliatum fuisse. Asserunt enim Ferrariae ducem eo facto, quod spolium dicunt, sibi recuperasse quae inique Julius II abstulerat. Siquidem, de voluntate Leonis papae X, earum terrarum possessionem apprehenderat, quod demonstrandam sumunt per litteras apostolicas ab ipso Clemente recognitas et publico notarii instrumento rogatas. Validitatem capitulorum foederis barcinonensis oppugnant, quod facta duce insciente, quod antilogiam in illis notent, quod domus Estensis per saecula ea loca possederit. Propterea idem legati supplices imperatorem rogant ut aliquam compositionem duci Estensi faventem facere curet.

Conventa desiderantur in 'Giordani'. 'Della venuta' ec. 927.

Carolus Romanorum rex Bononiae coronatur. (928—932.)

1530.
21 februarii.

Clemens papa VII concedit facultatem cardinali Willelmo Enchenvoer missam solemnem et divina officia in capella palatii bononiensis celebrandi die vigesima secunda februarii, ut et Caroli imperatoris inungendi atque imperii signa ei tradendi, sibi reservata impositione coronae ferrae, eius capiti. (I. VII, 470, p. 462.)

Inc.: „Cum die crastina qua erit *cathedra s. Petri* post missarum solemnia insignia regalia et imperialia . . Bononie, 21 febr., 1530 "

Quae deest in Giordani. 'Della venuta' ec. habet Raynaldus §. 8. **928.**

22 februarii.

Matthaeus Dandulus Laurentio equiti de Priolis enumerat viros principes, quorum vestes et ornamenta singulatim describit, coronationi praesentes, eorumque nominatim in accessu ordinem notat; caesaris quoque benignitatem cuique laeta fronte occurrentis summopere laudat. Aulae splendorem demiratus, caeremoniarum seriem minutatim ob oculos ponit, formulis ritualibus latinis recitatis iurameuti imperatoris, sacrae unctionis, impositionis coronae ferreae ac praesentationis insignium imperii. Idem fere eadem die Joanni patri scribit. (I. VII, 470, p. 455—462.)

Inc : „Noi siamo qui tanti et di tante sorte che potressemo fare feste, conseglio et pregadi, et certo non solo laudati . . . Bologna, 22 febrajo, 1530." **929.**

Caeremoniae in coronatione imperatoris in urbe Roma servandae, libro pontificali inscriptae. (I. VII, 470, p. 491—500.)

Inc.: „Notandum est quod cesar antequam coronetur imperiali diademate, sedet post primum episcopum cardinalem . . ."

Cum plura in nostris codicibus de Caroli V coronatione extent, eius ritum etsi cuique imperatori communem hic loci quasi

tractationis complementum paucis resumo. Tempus coronationis. — Adventus pontificis et caesaris ad ecclesiam. — Vestes. — Imperatoris iuramentum. — Caeremoniae ad capellam s. Georgii. — Inunctio ad capellam s. Mauritii. — Osculum oris et pectoris. — Missa pontificalis. — Insignia imperatori data. — Coronatio. — Litaniae pro imperatore. — Hic offert aurum pontifici. — Communio caesaris. — Indulgentia plenaria concessa. — Processio pontificis et imperatoris per urbem — Pontifex offert rosam imperatori ad s. Mariam in Cosmedin — Imperator creatur canonicus s. Joannis in Laterano — Convivium in palatio Laterano. Sequitur tractatiuncula de triplici imperatorum corona.

Huius ordinis caeremoniarum non tantum textus sed et memoria desideratur in opere 'Pontificale romanum' a Catalano. Romae, 1738, f°. **930.**

1530.
25 februarii.

Matthaeus Dandulus narrat Laurentio de Priolis fusius quae post coronationis ritum evenerunt. (I. VII, 470, p. 473—481.)

Inc.: „Io scrissi terza sera le cerimonie di la ferrea coronazione particolarmente assai, ma mi scordai . . Bononie, 25 februar., 1529 (more veneto).“

Quae biduo post coronationem memoratu digna occurrerunt diligenter notat Dandulus; et primo principum (quos inter Tridenti episcopus) adventum die vigesimatertia. Quod hac die a primoribus ex caesareis in suggestu eminenti comiter exceptus sit, narrat testis oculatus quomodo caesar ecclesiam maximam ingressus, canonicus s. Petri, intra missarum solemnia a pontifice celebrata, sit renunciatus, ab eo pane eucharistico refectus, qua demissione post missam, pontifici equum adscensuro adstiterit, qua animi promptitudine plures in ecclesia s. Dominici equestri dignitate exornaverit, qua pompa remeaverit palatium, quo comitatu ad regias sederit mensas. Potior narrationis pars spectat ornatum ecclesiae et caenatorii, picturas, aulea strata, copiarum in platea maxima et rei tormentariae apparatum, vestium magnificentiam auro, gemmis, margaritis intextarum. Ubi de

comeatu sermo est, ordines varii numerantur, eorum indumentis descriptis: ii sunt apparitores et stratores, antistites caeremoniarum, campidoctores, magistri venationis, sacrae domus praepositi, magistri admissionum honorarii ec. **931.**

1530.
25 februarii.

Hieronymus Bontempo Stephano consobrino, de eodem. (I. VII, 470, p 482—491.)

Inc.: „Eri mattina che fu alli 24, ad hore 13 se partissemo dal monasterio et io portava in mano la mitria . . . Bononie, 25 februarii, 1530."

Cum pleraque iis consonent quae in epistola a Dandulo narrantur, non abs re puto narrationis adiunctis insistere quae temporum indolem redolent. Mitto aquilarum et leonum simulacra vinum in platea maxima e gutture fudentium, assatum bovem vitulo et pullis praegnantem, ebrios *lanzichenecos* ordini servando praepositos. Quod vero memoratu singulare exhibent oratores de iure praecedentiae vere certantes, dum sibi invicem capillos et barbam evellunt; aliqua ex contignationibus in ecclesia pro spectatoribus extructis praeceps immodico pondere ruens, vulneratorum et morientium quoque eiulatu ritus sanctitatem funestante; podia pontis ad s. Petronium avulsa populi frequentia, cuius pars graviter laesa; plures praesertim pueri contusi, proiectam pecuniam colligendi gratia. **932.**

3 martii.

Ferdinandus Hungariae et Bohemiae rex rogat Jacobum de Nordis, decanum patriarchalem aquileiensem ut cruciatam promoveat in christiani nominis hostem, quod aestate anteacta tercentena millia Turcarum in Oriente ac aliis mundi partibus daesevierint; provincias Hungariae ac Germaniae incendiis, stupris, internecionibus, captivitate devastaverint, ac iam paraverint de novo in eas regiones irruere. (I. VII, 471, p. 93—94.)

Inc.: „Non dubitamus iampridem vestram devotionem intellexisse id quod toti orbi proh! dolor, manifestum . . . Prage, 3 martii, 1530." **933.**

Conventus Augustae Vindelicorum (934—936).

Confessio caesari exhibita in comitiis augustensibus vere anni 1530. (L. XIV, 201.)

Prooemium incip.: „Cum vestra cesarea maiestas indixerit conventum imperii Auguste, ut adhiberetur ad auxilium contra Turcam atrocissimum . . .“

Confessioni, cuius plures articuli subscripti a principibus Germaniae, adduntur: a. *Confessio opinionis sive resolutio intentionis Martini Lutheri in presenti imperiali dieta Auguste proponenda, XVII articulis comprehensa.* — b. Nomina aliquot principum et civitatum utriusque Germaniae confoederatarum in verbo Domini et libertate evangelica. — c. *Hec sentiunt de eucharistie sacramento ecclesiastici augustani dissentientes a Luthero.* **934.**

1530. 16 iunii. Orator venetus apud caesarem hunc rogat ne conciones prohibeat quibus manifestum Dei evangelium traditur, eo maxime quod concionatores populum quotidie hortentur ad orandum Deo pro felici statu christianae reipublicae, et contra impia dogmata *de sacramentis* Augustae diffusa religiose ingruant. Nullo modo imperator patiatur immutari promissa quae in edicto de concilio coadunando continentur. Obedientiam et gratum animum idem imperatori profitetur. (I. VII, 471, p. 194—196.)

Inc.: „De concionibus hic committendis deprecamur cesaream maiestatem cum summa reverentia ne velit eas prohibere . . . Auguste, 16 iunii, 1530.“ **935.**

14 iulii. Imperator pontifici significat electores et principes promptos in eius servitium siquidem esse, tepidos vero et infirmos in haeresibus et sectis lutheranis refutandis, praesertim Saxoniae ducem, quinimmo in opinionibus propriis defendendis pervicaciores, unde autumat concilium, quod aeque in bonorum ac malorum votis erat, citissime cogendum. Emolumenta in christianam rempublicam ex concilii convocatione profluentia enumerat. (I. VII, 471, p. 253—256.

Inc.: „Benchè el rever legato ha scritta a vostra santitá in che stato sono i negotii di questa dieta . . Augusta, 14 luglio, 1530."

Lingua originali gallica dedit Carolus Lanz ex tabulario bruxellensi in 'Correspondenz des Kaisers Karl V' vol. I, p. 390—391.

936.

1530.
1 septembris.

Divisio et distributio ducatorum *longorum* quinque millium, assignatorum extorribus patavinis et vicetinis aliisque (singulatim nominatis) facta a Jacobo Banisio decano tridentino, ex mandato imperiali. (L. X, 309, n. 42.)

Inc.: „Carolus . . Recognoscimus . . quod cum ex federe cum ill. dominio Venetiarum anno 1523 percusso et nuper Bononie anno 1529 confirmato . . Tridenti, 1 septembris, 1530."

Distributionem, qua Patavinis ducati 3250, Vicetinis 1750 sunt assignati, approbat Carolus Bruxellis, 28 februarii, 1531.

937.

21 decembris.

Imperatoris sententia, laudum et arbitramentum. (I. VII, 472, p. 486—488.)

Inc.: „In causa promissoria et arbitraria vertente coram nobis inter beatitudinem sanctissimi domini nostri Clementis VII . . Colonie, 21 decembris, 1530."

Alphonsus Estensis Ferrariae dux, ex capitulis papae Hadriani VI tenebatur eidem offerre annuatim centum auri ducatos, unam libram argenti ac centum armigeros. Enatis super re dissidiis, compromissum facit uterque in Carolum V imperatorem, qui laudum pronunciat: 1. Pontifex in gratiam recipiat Alphonsum, quam iste supplex infra duos menses vel per se, vel per procuratores erit imploraturus. — 2. Alphonsus loco census dabit una vice septem millia ducatorum auri, terminis constitutis, et Mutina civitate pro cautione exhibita. — 3. Idem absolvatur a restitutione Mutinae, Regii, castrorum Ruberiae et Cotiniolae, in quae loca pontifex iura allegaverat.

938.

1531.
25 ianuarii.

Brodericus electus sirmiensis, a Venetiis Budam regressus, nuntiat Francisco de Nobilibus dicto Cherraee Venetias, res Hungariae prospere successisse, Joannem regem quinquaginta integris diebus Ferdinando regi castrum regium obsidenti obstitisse, quin immo hostes coactos recedere tali caede ut eorum duo millia fuerint in desiderio, ex iisque non pauci primarii. Laudat virtutem bellicam Aloysii Gritti nothi ducis Venetiarum, quem valde meritum rex Hungariae praefecit regno et comitem de Marmaros constituit: nuntiat eundem Constantinopolim missum ad inducias cum Turcis componendas. (I. VII, 472, p. 336—337.)

Inc.: „Ego post meum a vestra dominatione discessum, licet fuerim in multis et diversis difficultatibus . . . Bude, 25 ianuarii, 1531." **939.**

9 octobris.

Joannes Hungariae rex Paulo Casali Romam significat quid egerit in christianae reipublicae emolumentum, quod restituerit episcopo sirmiensi quaedam oppida; per Tranquillum Andronicum a Turcarum rege impetraverit partem Transylvaniae, Moldaviam et Valachiam ab armis infidelium liberari. Rogat ut fratri Gregorio Casali grates agat quod impigre et intrepide negotia hungarica apud pontificem commendaverit, ac urget ut cardinalibus quoque eum commendatum habeat, ulterius pro ecclesiae et christianae reipublicae emolumento se acturum spondens. (I. VII, 473, p. 228—229.

Inc.: „Dedimus his diebus ad vos litteras referentes nos in iis que scripsit ad nos fidelis noster reverendus sirmiensis . . . Ex cenobio heremitarum prope Albam Juliam transylvanam, 9 octobris, 1531." **940.**

5 novembris.

Ferdinandus rex Romanorum mittit Selymo imperatori Turcarum oratores Leonardum de Nogarolis camerarium et Josephum Alemberg viceregentem marescalciatus suae curiae, ut de concordia et amicitia cum eo contrahenda referant, quibus indubiam praestet fidem. (I. VII, 474, p. 454—455.)

Inc : „Post reditum oratorum nostrorum quos superiori anno ad magnitudinem vestram misimus . . Eniponti, 5 nov. **941.**

1531.
5 novembris

Idem nuntiat Ibraimo Bassa misisse Selymo oratores amicitiam utilem utrique tractaturos, a qua Ibraimum non putat alienum; eum potius auctoritatem suam interpositurum sperat ut concordia isthaec feliciter inchoetur. (I. VII, 474, p. 455.)

Inc.: „Ideo eam in bonam amicitiam et concordiam cum serenissimo et potentissimo domino Selymo Turcarum cesare, amico nostro . . Eniponti, 5 novembris, 1531.“ **942.**

25 novembris.

Joannes Hungariae rex conqueritur cum electoribus, principibus et statibus Germaniae quod, etsi pluries per oratores de propriis iuribus in Hungariae coronam a Friderico rege in dubium vocatis retulerit, iste tamen secretum foedus cum Turcis composuerit; horum incursiones Hungariae et Germaniae exitiales non destiterint. Rogat ut libera sui electione in regem Hungariae ac adversarii proprii obstinatione consideratis, quandam viam pacis amplectantur. (I. VII, 474, p. 601—603.)

Inc.: „Etsi persepe non solum litteris sed etiam nuntiis et oratoribus nostris ad privatas personas ex vestris . . Segeschivar, 25 novembris, 1531.“ **943.**

1 decembris.

Bartholomaeus Fontius Martino Bucero clerico argentoratensi refert de rebus ecclesiasticis in conventu augustano agitatis, praesertim vero de sacramentis. (L. XIV, 201.)

Inc.: „Quum primas et ad te litteras obsignarem et tabellario traderem, Bucere vir utrumque rarissime, verebar. . . Auguste, calendis decembris, 1531.“ **944.**

mense decembri.

Idem Hieronymum Marcello Venet. instruit de magistratibus augustanis recens electis, partim e *Zuinglianis*, partim e *Lutheranis*, partim e *Papistis*, deque forma regiminis. (L. XIV, 201.)

Inc.: „Magnifico padron, salve in Domino ut volo . . . Si vales bene est, ego valeo, et desidero intendare da novo se qualche cosa . ."

Postscripto epistolam revocat Bucero datam. **945.**

1531.
17 decembris.

Martinus Bucerus respondet Bartholomaeo Fontio de re sacramentaria. (L. XIV, 201.)

Inc : „Non licet iam fusius. Gloria et honor omnis Deo sit . . Argentorati, 17 decembris, 1531.

De eucharistia haec habes: „Scio temere ne dicam impie a multis de sacra eucharistia disputatum." Bucerus Fontium appellat theologum eximium vereque pium. **946.**

1531—1544.

Notitiae et acta varia super quaestionibus territorii et vectigalium Marani, Gradi et Montisfalconis, agitatis inter rempublicam venetam et Austriae archiducatum annis 1531—1544. Documenta varia, numero plura itale data. (I. VII, 1008, f. 37—67, 75, 81, 84. **947.**

1531—1535.

Una breve narrazione della grandezza, virtù, valore et della infelice morte dell' ill. sig. coute Alouise Gritti del seren. sig. Andrea Gritti principe di Venetia, conte del gran contado di Marmaros in Ongaria, et general governatore di esso regno et general capitano dell' esercito regio appresso Sulimano imperatore de' Turchi et alla maestà del re Giovanni re d'Ungheria. (I. VI, 122, folia 49.)

Auctor Franciscus della Valle patavinus, Joanne Oddo eius avo incitante, die 21 iulii anni 1531 Constantinopolim cum Petro Zeno veneto ad Turcarum imperatorem oratore proficiscitur, ibique die prima octobris eius anni pervenit, Aloysii Gritti ministerio addictus. Quocum cum annum usque 1534 stetisset, eius incolatum Constantinopoli, dignitatem, luxum, ingressus triumphales in itineribus per Tragovistam, Brassoviam, Collusvar, Cibinum, Varasdinum, Pestinum, Budam, Strigonium, Taurunum

(Belgrad) qua Solimani locumtenentis, ac eius mortem Meghies describit, qua occasione locorum et personarum notitias ingerit. Auctor Venetias repetens 14 iunii, 1535, enarrat duci Andreae Gritti, instante Matthaeo Dandulo ad concilium tridentinum oratore, historiam, cuius serius copiam facit comiti Rambaldo Collalto, Joanni Gritti potestati Tarvisii, ac demum Aloysio Pisani.

Edidit Joannes Nagy, a bibliotheca regia pestinensi, volumine tertio operis: 'Magyar Történelmi Tár.' Pesten, 1857, p. 9—60.

948.

1534—1535. *Fratris Augustini Musei*, de successu expugnationis Megghes vel Meghies. — Item constitutio sive interrogatio a marescalco caesareae maiestatis sibi et Joanni Petro cremensi facta, post suum in Viennam redditum de Buda. (L. X, 305, f. 61—70; I. VII, 802, f. 42—45, 46—50.)

Primum incip.: „Die prima martii, cum d. Antonio Gritti filio ill. dom. gubernatoris discessimus Buda, de mandato ipsius domini gubernatoris . . ." Alteram partim itale, partim latine: „Gionti in la cità de Vienna adi 3 de febraro la sera tardi Zuan Piero da Crema et mi insieme . ."

Augustinus Museus, ordinis s. Augustini, annis 1524—1526 in monasterio s. Margaritae Tarvisii prior, ab Antonio Gritti episcopo agriensi ad se accitus, anno 1532 per Tridentum, Oenipontum, Augustam, Nurembergam, Vratislaviam, Cracoviam, Budam cum fratre contendit. Triennio apud illum immoratus, die prima martii, anni 1531, cum episcopo ac eius patre Aloysio, pro Turcis Hungariae gubernatore Buda discedit et Hungariam ac Transylvaniam menses sex pererrans, tandem extremo augusto Megghes ingreditur, unde, postquam Aloysio Gritti extremo septembri caput a Moldavis obtruncatum, ac urbs expugnata est, Budam repetit, annoque proxime insequente die tertia februarii Vindobonam cum Joanne Petro cremensi dicti episcopi procuratore concedit. Ambo in suspicionem adducti, quod Buda venissent, diebus februarii quarta et sexta a marescallo imperiali severius

interrogantur, donec Francisco Contareno ad Romanorum regem oratore adnitente, dimidio martio insequenti Venetias revertuntur.

Exemplum primum autographum idem Museus Vindobonae ex hospitio ubi diversatus, clam Contareno reddidit, dimidio februario. Narrationi de expugnatione Megghes praeit dedicationis epistola quae incip.: „Pheacum convivia interpretatur Proculus in *republica Platonis*, Deorum convocationem.“ Alterum exemplum propria manu exscripsit Contarenus in epistolarum regestis, de quibus infra. Joannes Nagy edidit volumine quo supra, p. 61—81.

949.

1532. Hieronymus Laschi, Joannis Hungariae regis orator, Germaniae principibus significat sibi a Ferdinando rege denegatum salvumconductum ad spirensem diaetam profecturo. Rogat propterea ut imperatori et Romanorum regi incitamento sint ad bellum declinandum; hunc de errore evincant sibi Hungariae regnum uxorio nomine pertinere; Joannis votum id semper fuisse pacem servare, ita tamen ut diadema sibi sponte oblatum toto homine tueatur. (I. VII, 474, p. 10—12.)

Inc.: „Serenissimus princeps et dominus Joannes Hungarie, rex dominus meus clementissimus postquam multa fecisset et operatus esset . . .“

De auctore archiepiscopo gnesensi et primate Poloniae notitias ut et epistolas vel ei vel ab eo datas lege in 'Monumenta Hungariae histor.' Diplomat. ann. 1441—1538. Pest, 1857, vol. 1, p. 89—112, 127—131, 146—147, 160, 262—271.

Diaeta spirensis die 14 septembris, a. 1531 habenda, Ratisbonam transfertur die 6 ianuarii, 1532. **950.**

Articuli induciarum inter Joannem Hungariae et Ferdinandum Romanorum reges. (I. VII, 475, p. 418—419.)

Iis statuitur ab armis utrinque cessandum, milites a depraedationibus prohibendos; cuilibet principi ius esse proprios subditos corrigere et punire; quibuslibet indultum sine salvoconductu

libere peragrare, emere, ducere, pellere utrinque: debitores ad commissarium principum in oppido Owar septima die februarii proxima congregandos ut actoribus satis fiat; possessiones nobilium post diem primam maii anni 1532 ab aliis occupatas, iis esse remittendas. Plura componuntur in dissidiis circa occupationem *castrorum, civitatum muratarum, castellorum, fortalitiorum*, quae vel saeculares vel spirituales personas spectant. Comitatus de quibus non liquet ad quem principem pertineant, pareant regi cui comites subditi esse desiderant. De vectigalibus et induciis disseritur. Reus criminis laesae maiestatis dicatur qui hos articulos vel ex toto vel ex parte violaverit, executioni mandatis quae superiori anno a commissariis utriusque principis Strigonii deliberata sunt. **951.**

1532.
17 aprilis.

Caroli V mandatum sacri romani imperii electoribus, principibus, ac aliis statibus, eorumque oratoribus. (I. VII, 474, p. 105—108.)

Inc.: „Quod sua maiestas non sine magnis, arduis evidentibusque causis, clementi animi inclinatione ac desiderio . . . 17 aprilis, 1532.“

Cum pluribus extantibus causis, praesertim rumoribus de ingenti Turcarum expeditione futura, diaetam quam Spirae celebrandam die 14 septembris, anni 1531, Ratisbonam ad diem sanctum Epiphaniae anni 1532 transtulisset; cum praeterea dissidia in christianitate exorta Turcis animum addidissent ad Hungariam invadendam et Austriae archiducatum igne et gladio vastandum; cum denique per exploratores compertum habeat maiora Turcas ausuros, magnis copiis per Danubium permissis; Carolus V principibus et oratoribus mandat ut articulum de Turcarum tyrannide diligentius excutiant; perpendant quomodo *dissensio in fide catholica ad unanimem christianum intellectum* perduci possit; consilia de agendis ineant et imperatori referant, fidentes caesarem pro bono iustitiae et pacis quae meliora videbuntur et erunt operaturum. **952.**

1532.
6 maii.

Joannes Hungariae rex Sigismundo Poloniae regi asserit nihil a se praetermissum quod paci cum Romanorum rege componendae conducat, imperatorem pro mediatione rogatum oratores hungaricos in id fratri suo missos prohibuisse nec ipsum Hieronymum Laschi vayvodam Transilvaniae admisisse. Quapropter iniquam caesaris voluntatem incusans, renuit mittere oratores Pataviam vel ad aliam civitatem Germaniae Ratisbonae proximiorem, confisus aequas pacis propositiones elusioni obiectas. Miratur quod pontifex vel ob beneficia Carolo gratus, vel sibi timens, postulet rem proprio iudicio subiici. Quid pro tranquillitate universa egerit, Sigismundum testem vocat, consiliumque de agendis deposcit (I. VII, 474, p. 333—335.)

Inc.: „Vigesimaquinta presentis allate sunt ad nos littere maiestatis vestre quinta eiusdem date Cracovie . . . Ex Lippa, 6 maii." **953.**

mense iunio.

Imperator Hungariae sortem a Turcis vastatae miseratus, accedente etiam cohortatione fratris sui *veri et legitimi regis et domini vestri*, nuntiat subditis regni Hungariae a comitiis electorum et principum imperii obtinuisse validum subsidium militum et pecuniarum contra Turcas, iis locis mittendum quae opportuniora Hungari monebunt. (I. VII, 474, p. 309.)

Inc.: „Postquam non sine magno animi dolore percepimus tribulationes, angustias et persecutiones quas ab imanissimo . . ., . . iunii, 1532." **954.**

mense iunio.

Idem cum credat, agitatis in imperiali consilio iis quae Hungariae rex pro pace habenda, imperii principibus proposuerat, nullo modo aut citius dissidium illud posse componi nisi antea fiant induciae, eas Sigismundo Poloniae regi, qua inter utrumque regem mediatore, annuit firmandas vel ad annum vel ad tempus a Poloniae rege indicendum. (I. VII, 474, p. . .)

Inc.: „Rescripsimus superioribus diebus ad ea quae serenitus vestra de componendo dissidio inter serenissimum . . Ratisbone, . . iunii, 1532." **955.**

1532.
6 iunii.

Fontius Bartholomaeus significat Hieronymo Marcello Venet. quid actum usque ad eum diem in conventu schweinfordensi, quid ad praesens in augustano. (L. XIV, 201, f. 181.)

Inc.: „Gratiam et pacem in domino . . . Scripsi preteritis diebus ad prestantiam tuam pontificios et cesarianos nihil non tentasse in conventu illo schweinfordiensi ut Lutheranos a Zuinglianis (ut vocant) seiungerent . . . Auguste, 6 iunii, 1532.“

956.

10 iunii.

Idem eidem refert quid in comitiis imperii Ratisbonae agatur. (L. XIV, 201, f. 184.)

Inc.: „Dominus tecum. Magne. . . Quoniam de norembergensi conventu, cuius acta non dubito quin ad te referri cupias, nihil dum certi aliquid auditur, scribam interim quid in comitiis imperii Ratisponam agatur. . . Auguste Vindelicor., 10 iunii, 1532.“

Has Fontii epistolas, ut et superiores, dissertatiunculas potius appella.

957.

10 iunii.

Joannes Rhodus decanus lubecensis significat Livoniam pacatam, festa more veteri celebrata; eius senatus secretarium a Schwinfort restitutum; Evangeliariorum et Zuinglianorum schisma propagari, halceburgenses canonicos in exilium actos; plures Lubecenses periisse Norvegiae contra Christiernum, cui tamen quinque naves ab iisdem captas, bugolemensem ecclesiam spoliatam; depraedatos et sedibus pulsos episcopos octoniensem et burdegalensem. (I. VII, 474, p. 307.)

Inc.: „Prepositus regius pridem mihi scripsit totam Livoniam esse pacatam, dominumque suum . . . Lubece, 10 iunii, 1532.“

958.

15 iunii.

Joannes Tengfell nuntiat Aacharon de Nechach Ibraimum Bassà Ziolerum pervenisse, brevi Zerimnium adventurum Vindodonam contendentem. (I. VII, 474, p. 308.)

Inc.: „Hac hora venit erga me novus nuntius cui fides adhi-

benda est: certe dicit . . . Ex castro nostro Zugliche, 15 iunii, 1532." **959.**

1532.
20 iunii.

Electores, principes et status sacri rom. imperii subditis et incolis regni Hungariae nuntiant se, imperatoris votis obsequentes, copias auxiliares apparasse in Hungaria contra Turcas quam primum expediendas; unde confidunt Hungaros non passuros a fide abduci, immo operam daturos ut Turcis more maiorum obsistant. (I. VII, 474, p. 332.)

Inc.: „Sanctissima cesarea maiestas dominus noster gratiosissimus vobis in his comitiis imperialibus fide . . Ratisbone, 20 iunii, 1532." **960.**

1 iulii.

Paulus Bacrig Romanorum regi refert per exploratorem rescivisse Turcarum caesarem Belgrado, eiusque milites Serimio iam consedisse, sibique proposuisse Vindobonam obsidione expugnare: quibus viis id consecuturum speret, explicat. (I. VII, 474, p. 330—331.)

Inc.: „Istud revera maiestati vestre possum significare quod hodie quidam homo et familiaris meus ad me rediit. . . Ex arce Jauriensi, 1 iulii, 1532." **961.**

1 iulii.

Idem Joanni Raezianer et caeteris belli commissariis Vindobonae nuntiat caesarem Turcarum e Belgrado Serimium versus profecturum ut per Zalam Vindobonam contendat, quam sibi proposuit expugnare immensis terrae aggeribus in circuitu, vallis completis ad exemplum Rhodi insulae; quare *cito, citissime de opportuno remedio* curent. (I. VII, 474, p. 331.)

Inc.: „Notificamus dominationi vestre quemadmodum homo noster, quem Belgradum miseramus, rediit ad nos . . Jaurini, 1 iulii, 1532." **962.**

15 iulii.

Thomas episcopus agriensis nuntiat domino Caziander Turcas Budam et Strigonium pervenisse, ac ultra progressuros; dissidia inter Joannem vaivodam et Ludovicum Gritti suborta de praesidio Budae. (I. VII, 474, p. 391—392.)

Inc.: „Venit nunc ex Buda servitor egregii Stephani Amadi, qui refert nomine domini sui . . . Posonii, 15 iulii, 1532.“ **963.**

1532. 16 iulii. Idem eidem significat Turcarum caesarem decrevisse, statim ac Budam octoginta millia equitum pervenerint, Austriam et Moraviam depopulari ac vastare; rem citissime regi communicet ut de Hasarcoibus conducendis consilium habeatur.

Inc.: „Quid novi heri ad nos allatum est dominationi vestre significavimus et auctorem etiam designavimus . . . Posonii, 16 iulii, 1532.“ **964.**

mense iulio. Propositio ab imperii principibus ac statibus facta caesari de concilio habendo. (I. VII, 474, p. 342—344.)

Principes animadvertentes quod 1. quae de auxilio contra Turcas imperator quaesierat iam peracta habeantur; 2. fidei dissidiis et incommodis in dies magis ingravescentibus, *omnis disciplina et obedientia, omnis virtus tam in spiritualibus quam in temporalibus* pessum eant; 3. frustra de ea re in comitiis Nurembergae, Spirae, Augustae inita sint consilia; de iis cupiunt edoceri quae apud pontificem de concilio certo loco, intra anni spatium cogendo egerit; rogat ut illud intra sex menses post finem comitiorum (ratisbonensium) indicetur et anno emenso celebretur; cui propositioni si pontifex vel nolit vel negligat accedere, caesar ipse, summa necessitate urgente, generale concilium vel saltem nationalem congregationem advocet, loco et tempore designatis.

Inc.: „Cum electorum legati, principes ac status de articulo auxilia contra Turcam concernenti, quem maiestas vestra . . .“

Propositionem dimidio iulio factam puto, quod die 26 eius mensis caesar in diaeta ratisbonensi promittat concilium intra sex menses indicendum. **965.**

30 iulii. Imperator scribit Sigismundo Poloniae regi supervacaneum esse respondere litteris adversarii (Joannis regis), quod plura in

iis falsa et indecora; pontificem de iure fratris proprii plenius instructum aequam sententiam daturum; adversarium exprobrat quod cum scripserit *serio tandem agendum*, non declaraverit ubi, quando, quibus modis id sit faciendum. Etsi minis Turcarum non deterreatur, tamen considerans omnia discordia dilabi, pacem et concordiam inter contendentes firmiter stabiliendam desiderat: quae omnia Sigismundum latere non vult. (I. VII, 474, p. 335—336.)

Inc.: „Legimus litteras serenitatis vestrae quas de negotio hungarico die 15 iunii ad nos dedit, et exempla quoque litterarum . . Ratisbone, 30 iulii, 1532."

Edidit Theiner 'Monum. histor. Poloniae', vol. II, p. 494—495.

966.

1532.
31 iulii.

Prantner refert Turcas, Danubio relicto, Styriam versus processisse, finitimas provincias vastare paratos; stratagemate contra callidos hostes agendum; Joannem vayvodam contra quosdam Nazaristas missum, caepisse ex Turcis captivos eosque Budae obtruncasse; Turcas desperatos quod, in insula Danubii propugnaculo extructo, ultra cum navibus transire nequirent. (I. VII, 474, p. 442.)

Inc.: „Quoniam dominatio vestra cupit certior fieri quis sit noster status, ipse aliud subiungere non possum . . . Posonii, 31 iulii."

967.

22 augusti.

Nicolai Theupoli propriae ad caesarem legationis *relatio* Venetiis in senatu recitata, die 22 augusti, 1532. (I. VII, 873, f. 126—201; 911, f. 3—77; XI, 91, f. 82—125.)

Inc.: „Ho sempre stimato, seren. principe ed ill. signori, grandemente giovare nel governo delle republiche a coloro che in tale amministrazione . . ."

Relationis huius, utpote ex integro ab Alberi in 'Relazioni degli ambasciatori veneti' (Firenze, 1839, ser. I, vol. I, p. 31—140) exhibitae, aliquid perscribere supervacaneum puto: animadverto tamen orationis conclusionem, fusiori sermone in manuscriptis codicibus exaratam, ab editore florentino, quibusdam

ommissis datam: hoc ideo notandum censui quod ille eam partem, mihi certe pretiosam ob adiuncta quae oratorem, eius familiam, secretarium spectant enarrata, fere semper missam faciat, et scienter, causam interserens: „perchè tali conclusioni non ci sembrano dover gran fatto interessare i nostri lettori.“ Marinus Sanuto in *Diariis* ad hunc annum dedit fere integram nomine *Sumario*. (I. VII. 474, p. 186—206.)

Nicolaus Theupolus electus die 4 ianuarii anno 1530 orator ordinarius ad Carolum V, qua occasione Bononiam solemniter pergebat, hunc secutus est viginto octo mensium spatio. **968.**

Praecepta clam data a Ferdinando Romanorum rege Hieronymo a Jadera, ad Suleimanum Constantinopolim legato misso, pro pace componenda et Hungaria sibi ex integro vindicanda. (I. XI, 16, fol. 1—12.)

Archetypum instrumentum a Ferdinando rege et Bernardo Clesio a secretis subscriptum, signo cereo munitum incipit: „Erstlich nach Ueberanntwortung unsers Credenzbrief solle er vor aus unnser Fründschafft vnnd Gütwilligkait auch das wir im von Gott dem Allmechtigen Gesundthait seines Leibs unnd seiuer Seelen Seligkait wünschen . . Vindobone, 3 octobr., 1532.“

Ferdinandus urget de eius amicitia et benevolentia Sultanum certiorem reddat, excuset extraordinariae legationis eiusque comitatus Budam et Sempronium versus, adversum successum; Sultani voluntatem diligentius perscrutetur; caute negotietur; a qualibet tractatione cum vayvoda abhorreat. His generatim indictis, praecipit Ferdinandus pacem cum Turcis, per decem annos post mortem cuiuspiam ex contrahentibus duraturam, componat, qua imperator, pontifex ac universa Italia includatur. Caeterum pars potior mandati eo se refert ut Hieronymus a Jadera toto homine Hungariam a manibus Turcarum, per pacta, redimat. Compensationis titulo pecuniae summam proponat a viginti millibus usque ad quinquaginta florenorum millia gradatim progrediens, opportunioribus terminis constitutis. Si vero Suleimanus

annuam pensionem praeferat, paulatim a summa minori viginti ducatorum millium ad maximam centum ducatorum millium, quatuor statutis terminis et post ratum habitum tractatum, exsolvendorum procedat. Pacta Sultano renuente, orator curet loca in Hungaria a Ferdinando possessa in integrum restituantur saltem eius dominiis contermina, Posonium, Ad Flexum, Sempronium, Claudia Augusta, Arabonia, Comorn. Negotio infecto, Strigonium vayvodae offerat; novas inducias proponat; pacem, mediantibus caesare, rege Poloniae et Saxoniae duce, ineundam asserat. Ibrahimi passa animum sibi devincat, eique promittat, pace inita, quatuor usque decem florenorum hungaricorum millia. Caeteris quoque negotio faventibus certam pecuniae vim designet, Sultano iura Ferdinandi in Hungaria, eius regionis momentis historicis evolutis, in mentem revocet.

Huius authentici documenti, quod ex libris Amedei Svajer augustani in s. Marci bibliothec. delatum est, ut pote deperditi, ita Antonium von Gévay taedebat: „Von der Instruction König Ferdinands I für Hieronymus von Zara war nur in den Beilagen unter num. IV abgedruckte Auszug.“ Gesandschaft König Ferdin. I an Sultan Suleiman I, 1533. Wien, 1838, a°. Caeterum compendium lectu pag. 55, lineis 22 concluditur. **969.**

1532.
2—3 novembris

Theophilus Vincentius Calidonius prior s. Bartholomaei narrat pompam qua Carolus imperator Vindobona rediens, in domo Cassandrae de Sessis Dorici, vicentini districtus exceptus est; item munera splendidiora vini et victualium quae Veneti per oratores (omnes vicentinos) ibi nominatos caesari obtulerunt; ut et Caroli hospitium in domo Stephani Gualdi, ac demum eius recessum Mantuam versus. (I. XI, 143, n. 14.) **970.**

2—3 novembris.

Stephanus Gualdus vicentinus narrat de imperatore, quomodo e Vindobona cum exercitu rediens, die secunda novembris a. 1532, ex villa Dorici vicentini districtus, in qua pernoctaverat, in Gualdi palatium Monticuli maioris (Montecchio maggior)

hora diei vigesima secunda declinavit, leporem in pomerio necavit, ficum suis manibus in huius horto decerpsit, comeditque crastina die ante discessum, equitibus lectis Antonio Porto, Joanne Tridentino, *Stephano Gualdo Francisci filio locique patrono.* Latine. (I. XI, 143, n. 3.) **971.**

1532.
mense novembri.

Breviarium *relationis* quam Marcus Minio ex legatis ad Carolum V, Venetiis in senatu habuit mense novembri anno 1532. (I. VII, 475, p. 211—213.)

Inc.: „Come era stato con li soi collegi in una laboriosa legation, licet sia stata brieve di zorni 18, ma per le fatiche haute . . .“

Cum anno 1532 ad finem vergente caesar ab austriacis provinciis per Italiam Hispaniam contendisset, die nona octobris Venetiis tres in senatu oratores, Laurentius Bragadenus, Marcus Minio, Marcus Foscari ad eum delecti qui itineranti gratularentur. Cui cum in via Sanctum Danielem versus in Foroiulii occurrissent, Marcus Foscari italam habuit orationem. Legatus postquam narravit quomodo imperatorem familiariter cum eis versantem usque ad *insulam Della scala* deducerent, unde Mantuam versus ingressus est iter, imaginem imperatoris tum physicam tum moralem ob oculos ponit, quot calleat linguas edicit, quomodo hispanos et italos militibus alemannis praeferat. Refert insuper legatos venetos magno honore exceptos; oratorem Marcum Antonium Contarenum, capitaneum Antonium de Leva, Urbini ducem laudibus ab eo elatos; damna a militibus illata Chiusae et Spegnembergo ex integro refecta. De concilio cogendo, Lutheranis, navibus Barbariae. Ducis locumtenens Paulus Donato oratorem laudat. **972.**

Concilii cogendi molimina. — Petrus Paulus Vergerius nuntius apost. (973—977.)

1532—1535. Commercium epistolarum Petri Pauli Vergerii iunioris, annis 1532—1535, pontificii oratoris vel, ut aiunt, nuntii apostolici in Germania. (L. IX, 66—68; I. V, 63—65.)

Legatio duplex; prima de negotiis vel religiosis, vel politicis ad Ferdinandum tantum, qua Romanorum regem; altera ad hunc et universae Germaniae principes, concilii oecumenici cogendi gratia, ut rebus fidei in gravius adductis periculum remedium adhiberetur. Quas marciani codices, latinas vel italas Vergerii epistolas numero fere bis centum per rudimenta exhibent, vel in penitiori Vaticani tabulario, vel alibi latent: primas pretiosiores iudico, quod, cum emendationem nullam passae sint, germana animi sensa utique indicent: ex earum numero recito quas Ferdinandus rex pontificibus Clementi VII et Paulo III dedit, vel Vergerii laudibus plenas, vel eius legationis confirmationem deprecantes, vel episcopatum iustinopolitanum ei valde merenti conferendum proponentes, omnes manu eiusdem Vergerii descriptas; utpote et illas quibus idem nuntius fratri Polae episcopo dat librum propriis laudibus inscriptum; sibi documenta familiam illustrantia ab eo mitti petit; a Carolo V ordini militum divi Jacobi de Compostella initiari postulat; abbatiam de Capornoch sibi tradendam efflagitat; episcopatum tergestinum, praevisa morte Petri Bonomo aetate grandioris, ambit. Etsi Clemens papa septimus Vergerii legationem instaurasset bulla diei 9 febr. 1532 data Bononiae Ferdinando regi (Membrana originalis cum plumbo appenso extat codice L. IX, 68), tamen epistolae non ultra triginta a mense iunio 1533 ad annum extremum 1534, Vindobona, Neostadio, Praga, Augusta Vindelicorum datae, inscriptae sunt Clementi papae, Ferdinando regi, Georgio ex marchionibus de Brandenburg, Aleandro archiepiscopo brundusino, capitibus

consilii decemvirum Venet., fratri Joanni Baptistae episcopo polensi, Francisco Burle ac Ambrosio Recalcato et N. Carnesecca, pontificis a secretis. Iis refert de itinere Clementis papae Massiliam, invitis imperatore et Romanorum rege; de hoc et caeremoniis in collatione baptismatis eius filio; Angliae regis a sede apostolica recessu; vayvoda Hungariae et Aloisio Gritti turbis praeeunte; romano vayvodae legato Hieronymo Rorario; pace cum Turcis componenda; Fantino Molin e Venetiis, aeris simulati causa, Austriae in carcerem coniecto. Multa insunt de haeresibus Germaniam vastantibus; quomodo Monasterii Anabaptistae vel rebaptizati clerum persequerentur; res fidei, praesertim in Bohemia, in peius ruerent; sacerdotes numero pauciores ad miseram adducti sint conditionem. Philippo Melanchtono et Joanne Eckio collaudatis, Lutherum, cuius impietatem capitibus decemvirum Venetiis nuntiat, et Erasmum Rotterodamum atro pingit penicillo; Zuinglianos maximis turbis coagitari; Augustam Vindelicorum, Argentinam, Constantiam, Basilaeam, districtus helveticos a germana fide abhorrere; eapropter concilium illico cogendum pontifici renunciatum. Quae de Paulo Riccio ticinensi hac illac enarrat Vergerius, eo magis memoratu digna existimo quod papienses historicos utpote et alemannos prorsus effugerint. Anno enim aetatis vigesimo baptismate renatus, fidei vividioris argumento, opus ediderat: 'Confirmatio catholicae veritatis' (Papiae, 1507, 4°.); postmodum vero Ferdinandi regis medicus renuntiatus. ita religiosis tunc temporis concertationibus se immiscuit ut non una vice severioribus verbis a nuncio Vergerio reprehendi meruerit, praesertim quod eius opus 'Statera prudentum', quo concordiam inter Catholicos et Protestantes conciliandam insumserat, diaeta ratisbonensis ac Joannes Faber episcopus vindobonensis damnaverat: quo loci animadvertendum extare in alio codice (L. IX, 66) apologiam eiusdem Faber manu exscriptam contra Riccium incusantem viudobonensem episcopum de lutheranismo, huiusque Vergerio epistolas plenas querimoniarum contra *reiudaizantem Saulum Riccium*. Cum idem Riccius uni ex duobus filiis praeposituram redditus octingentorum florenorum

in Austria obtinuisset, alterum matrimonio locasset, dignitatem coadiutoris episcopi tergestini senio ingravescentis sibi conferri a rege postulat, 'Statera prudentum' libro revocato, ne eius censura confirmationi pontificiae esset impedimento. Tamen Petrus Bonomo episcopus, Riccii molestias conquestus, eum a rege nominatum renuit excipere, aeque ac anno 1533 Vergerio nuntio coadiutorem abbatem de Victoria proponenti obstiterat.

Pontifice Clemente VII kalend. octobris 1534 supremum diem obeunte, Vergerius die 12 decembris [1]) eius anni Romam revertitur voluntati obtemperaturus novi pontificis Pauli III, qui cum animadverterit eum germanicas res prorsus edoctum, denuo oratorem Ferdinando praemittit, addita insuper ad Germaniae principes legatione, qua locus, tempus, modus concilii oecumenici tenendi discuteretur. Bullam regi Romanorum datam die 10 februarii anni 1535 legere est in 'Raynaldi, annalium eccles.', tom. XIII; p. 380; recens vero in Sixt: 'Petrus Paulus Vergerius', p. 29; tres originales eadem die, primam principibus Germaniae generatim, alteram cardinali tridentino, extremam Wilhelmo, Ludovico et Ernesto electo pataviensi, ducibus Bavariae oblatas in nostro codice (L. IX, 68). Vergerius antequam Roma discedat, Ferdinando refert de pontificis indole eiusque voluntate plura praestandi quam aetas ferret; quomodo instet ut concordiam cum vayvoda Hungariae ineat; mittit litteras indulgentiarum apostolicas regi et reginae, proximo paschate valituras. Idem, itinere per Venetias instituto, maris tempestate propellitur ad oras Marani, quo loco gubernator imperialis Rorarium putans, carcerem minitatur: Labaci in aula episcopali basilice excipitur; extremo martio Vindobonam accedit.

Quo animi ardore concilii generalis convocationem assequendam insumpserit testantur petitiones Ferdinando factae: 1. Orator

1) „Il rever. nuncio pontificio è partito questa mattina . . ." Sic Franciscus Contarenus legatus ad Ferdinandum regem, 12 dec. 1535." (I. VII, 802, f. 122.)

extraordinarius legationi comes addatur ut dignius ea tanta res promoveretur. 2. Imperatoris consilium de loco, modo, tempore adhibeat, ac proprium expromat. 3. Diligentius caveat ne ex dilato concilio aliquid ortodoxae fidei exitiale exsurgat. In aula regia occurrunt concilio acclines cardinalis tridentinus, langravius Assiae, dux brunsvicensis. Cum litteras commendatitias patentes a Ferdinando Vergerius ad omnes Germaniae principes obtinuisset, medio aprili Vindobona, Othonello Vida a secretis relicto (quem tamen quandoque socium habet itineris), Salisburgum, Frisingam, Monachium, Augustam Vindelicorum contendit: ex eo actis valde confidit circuli bavarici principes sibi fauturos; eos tamen, cum differant Monachium convenire, augusto insequenti in sancti operis prosecutionem monet. De Ratisbona lutherana disperat, etsi is senatus quaeque egerit, donis etiam oblatis, ut Vergerio diversam ingereret sententiam. Plura scribit de Norimberga religiosis innovationibus data, de principibus metuentibus a sede pontificia vana legatione irrideri, de principe Heidelbergae cuius malas artes exprobrat, de ditissimo Bambergae episcopo, Joanne duce juliacensi, clivensi et montanensi. Vindobonam revertitur iunio incipiente, ad finem vergente novo se committit itineri, Monachium, Neoburgum, Eystat, Heidelbergam, Bambergam, Essen, Paderbonam, Coloniam, Confluentiam, Moguntiam, Dresdam, Pragam se conferens. Epistolae datae pontifici, regi Romanorum, Joanni Alberto, marchioni brandeburgensi, Philippo et Ludovico comitibus palatinis Rheni, cardinali salisburgensi, archiepiscopis et canonicis moguntinis ac coloniensibus, episcopis vindobonensi et agriensi, praesidi cancelleriae regiae, Andreae Standmayer, cui defert vestium insignia a pontifice concessa, abunde satis ostendunt qui Vergerius operi incubuerit. Verona, Placentia, Taurinum, urbes a pontifice primum concilio tenendo propositae excipiuntur omnes. Mantuae ab eodem pontifice postea oblatae favent principes catholici, qui tamen, ubi imperatori et regi id visum, nutant consilio, dum ad comitia imperialia futura se referunt, ad disputandum de loco, tempore et modo concilii habendi. Caesar stabat pro Bononia, Placentia, Mediolano et

Mantua: Tridento rex et cardinalis tridentinus subscribunt: status Germaniae vellent Argentinam, Coloniam, Vormatiam, Constantiam. Haeretici student concilium in Germania habendum, quod assecutum putant dum die 21 decembris Smalcaldae conventum celebrant. Ea legatione dimidio octobri ad finem fere perducta, Vergerius parat Vindobonam reverti, quod irruptio multorum militum millium Monasterium versus impedit. Calendis decembris offert octo articulos ad principes electores Saxoniae, praelo commissos anno 1536 (S. l. et a. 4°.). Denique die 7 decembris, sub vespere, Vindobonam remeat, unde Romam versus die 12 eiusdem discedit, non sine longa reditus spe, quam tamen Paulus III disiecit, cum die prima septembri anni proxime insequentis litteras revocationis Ferdinando daret. De Othonello Vida, qui ad extremum iulium 1536 apud regem loco nuntii stetit, nil extat quod referam.

Iisdem codicibus insunt epistolae in eamdem rem, fere omnes originales pontificum Clementis VII et Pauli III; Caroli V imperatoris; Ferdinandi Romanorum regis fere viginti [1]); Henrici et Georgii, ducum Saxoniae; Joachimi, marchionis brandeburgici; Willelmi, comitis palatini Rheni; cardinalium Bernardi Clesii et Matthaei Langii; Christophori Welseri episcopi et Joannis administratoris ratisbonensis; Stanislai, episcopi olomucensis; Aegidii episcopi Chiemensis; Waltserii a Cronberg. His accedunt a. sexdecim Joannis Faber episcopi vindobonensis, datae Vergerio annis 1534—1536 ex Vindobona et Vratislavia, quibus sui apologia in Paulum Riccium calumniatorem interseritur. Faber insuper refert de libro Lutheri *Cacodaemon* a se latine translato; mittit librum a se editum, addens: *quidquid temporis rebus publicis et privatis suffurari possumus, id omne translationi quinque librorum Moysis accomodamus*; dat urbis et belli hun-

1) Harum aliquot praelo commissae sunt qua occasione Franciscus Joseph, Austriae imperator, Venetias visit. Venetiis, Antonelli, 1856, f°.

garici notitias; caesaris victorias depraedicat; nuntiat mortem Erasmi Rotterodami (5 iulii, 1536). Reliqua animi in amicum Vergerium propensioris egregiam voluntatem testantur; nempe regem comitanti gratulatur de occasione videndi Silesiam; praebet consilium de vestibus sibi coemendis; quas Vindobonae reliquit, bene excussas loco tutiori apud se cum caeteris eius sarcinulis conservari. Monet de periculis quae eius nepotem iuniorem Vindobonae circumstant: viaticum Raphaeli et Laurentio Vergerii familiaribus sufficit, quod iter ad Vergerium commodius instituant; optimum vinum ex proprio cellario mittit; hospitium offert ei, Othonello Vida, et stabulario quoque ex Italia redeunti. — b. Joannis Cochlei, primum misniensis, postmodum vratislaviensis canonici, annis 1533—1541 ex Bamberga, Misnia, Vratislavia epistolae tresdecim, quibus insertum exemplum epistolae Jacobi Scotorum regis eidem Cochleo (1 iul., 1534). Mittit paulatim suos libros aere proprio impressos *de futuro concilio*, opuscula contra Lutherum et Philippum Melanchtonem, qui simulato nomine Alexii Scoti *assertiones* ediderat; nuntiat proxime a se edendam historiam antiquorum et novorum Hussitarum, cuius operis longioribus verbis praebet rationem; maecenates qui dent in sumptus pecunias dolet sibi abesse, etsi nuncio apostolico Venetias, episcopo Veronae aliisque opellas suas transmiserit. Urget pluries Vergerium ut summam a praeposito pragensi ideo testamento dispositam, pro imprimendis Ammalarii episcopi trevirensis operibus ac propriis in Lutheranos, sibi destinandam curet. — c. Joannis Eckii epistolae septem annis 1533—1535 Ingolstadii scriptae. Mittit duos tomos contra Lutheranos et homiliarium de sanctis tomum tertium a se conscriptos. Caeterum toto homine contendit ut eius in germanam religionem merita pinguioribus ecclesiasticis beneficiis rependantur, dum commendat ne obliviscatur sui, *si venerit aliqua vacantia ex diecesibus frisingensi ratisbonensi, eistettensi;* postulat praeposituram in Rastatt herbipolensis dioecesis, vel canonicatum ecclesiae collegiatae in Spalt, quem utpote ditiorem praefert; canonicatum ratisbonensem eius adversario Hunnio utique dandum, *quod ex-*

pectet pinguiorem; commendat nepotem Michaelem Knab pro canonicatu frisingensi. Concilium a centenis annis propositum minime futurum asserit. —— d. Joannis Haneri epistolae tres ex Bamberga anno 1535. Hospes Vergerii dolet quod Bambergam cito reliquerit, nullo sibi otio dato bibliothecam invisendi; eam pulverulentam adeundi sibi facultatem ab episcopo impetret deprecatur; grates agit de spe data adipiscendi canonicatus ecclesiae collegiatae extra muros in Haugis herbipolensis dioeceseos: archiepiscopo moguntino cui dicavit librum *de novae legis sacrificio* commendari desiderat causam quam Romae habet pro beneficio consequendo definiendam. —— e. G. Logii silesii epistolae quatuor Patavii datae anno 1534, fere ex integro rem litterariam spectantes.

Non abs re puto hoc loco advertere hujus documentorum supellectilis mentionem in appendice operis clarissimi Leopoldi Ranke: 'Deutsche Geschichte in der Zeit der Reformation', desiderari.

973.

Propositio ab imperii principibus et statibus imperatori facta de concilio habendo. (I. VII, 474, p. 342—344.)

Inc.: „Cum elector, legati, principes ac status de articulo *auxilio contra Turcas* concernenti, quem maiestas vestra . . 1532."

Principes considerantes quod 1. quae de auxilio contra Turcas imperator quaesierat iam peracta habeantur; 2. fidei dissidiis et incommodis in dies magis ingravescentibus, *omnis disciplina et obedientia, omnis virtus tam in spiritualibus quam in temporalibus* pessum eant; 3. frustra de ea re in comitiis Norimbergae, Spirae, Augustae Vindelicor. inita sint consilia; de iis cupiunt edoceri quae apud pontificem, de concilio certo loco, intra anni spatium coegendo egerit; rogant ut illud intra sex mensium spatium post finem comitiorum (ratisbonensium) indicetur, et anno emenso celebretur; cui propositioni si pontifex vel nolit vel negligat accedere, caesar ipse, summa necessitate urgente, generale concilium vel saltem nationalem congregationem advocet, loco et tempore designatis.

Die 26 iulii caesar in diaeta ratisbonensi promittit concilium intra sex menses indicendum et post annum celebrandum. **974.**

Ferdinandus rex Paulo papae III refert motus in Germania contra fidem catholicam impendentes iam conciliari, quod totum attribuit famae probitatis pontificis, et nuncii Vergerii ardori in negotio concilii promovendo. (L. IX, 67.)

Inc.: „Scribo nunc sanctitati vestre commotus atque impulsus magna vi . . . 1535.' **975.**

Paulus papa III Wilhelmo, Ludovico et Ernesto electo pataviensi, ducibus Bavariae. (L. IX, 68.)

Inc.: „Intendentes universale concilium celebrare, ad tollendas in fide catholica dissensiones . . Rome, 10 febr., 1535." **976.**

Ferdinandi regis litterae patentes alamanica lingua, quibus Petrum Paulum Vergerium, nuncium apostol. ad Alemanniae principes proficiscentem enixe commendat. (L. IX, 68.)

Inc.: „Nachdem der Bäpslichen Heiligkeit nuncius Petrus Paulus Vergerius protonotarius . . Vindobone, 16 aprilis, 1535." **977.**

1533. Caroli V imperatoris mandatum super negotio marchionatus Montisferrati, anno 1533. (I. VII, 476. p. 366—367.)

Inc.: „Cum semper fuerit cesaree maiestatis intentio quantum ad marchionatum et statum Montisferrati attinet . ."

Cum morte Georgii, Montisferrati marchionatus in imperialem potestatem, cui immediate subesse asseritur, restitutus sit; plures vero sese exhibeant qui ius in eundem statum sibi vindicant; imperator iustitiae conservandae, quietis eiusdem status et futurae pacis Italiae tenendae gratia, deputat novem praestantes viros quos nominat, ut ad se contendentes evocent, et processus ex probationibus instructos caesareo consilio subiiciant, ut de eodem statu decernatur. **978.**

1533.
27 februarii.

Capitula *ligae* Bononiae conclusae die 27 februarii a. 1533, in palatio pontificio. (I. VII, 475, p. 440—444.)

Pontifex et imperator conveniunt Bononiae, pacem inter christianos principes conciliaturi, ut tandem Italia pacata, communis fidei hostis coniunctis viribus reprimatur. Foederibus Matriti, Barcinones, Cameraci memoratis, argumenta excutiuntur quibus conventus bononiensis diei 23 decembris, 1529 effectum sortitus minime est. Eapropter pontifex et caesar ineunt foedus cum ducibus Mediolani, Ferrariae, Mantuae; cum rebus publicis senensi, lucensi, ianuensi, ac aliis Italiae principibus, pactis quae sequuntur: 1. Foedus 23 decembris, 1529 ex integro servatum ad omnes contrahentes extendatur. — 2. Antonius a Leyva sit ligae capitaneus generalis. — 3—4. Confoederati dabunt statim pro defensione centum et octo millia scutorum auri, casu vero belli octoginta quatuor millia unoquoque mense. — 5. Capitaneus et commissarii reficiant damnum illatum provinciis, quibus copiae morabuntur. — 6. Confoederati simbolam praebeant solvendis equitibus, peditibus et tormentis bellicis ad defensionem status Mediolani. — 7—8. Casu necessitatis, vigintiquinque millia scutorum auri, ultra summam mensilem, a confoederatis solvantur, qui ulterius se praestaturos spondent, ubi id res exigat. — 9—10. Nullus ex confoederatis opem inimicis praestet, secus contra eum quasi patriae hostem procedendum. — 11. Capitaneus et commissarii conferant cum personis sufficienti mandato munitis, super quibus erit consulendum et providendum. — 12. Huiusmodi defensio pro custodia et conservatione Italiae tantum habenda. — 13. Florentini foedere comprehenduntur quod eorum dux nepos sit pontificis. — 14. Confoederati favore ac armis quoque sedem apostolicam tuebuntur contra eos e confoederatis qui vel a Christi fide deficerent vel haereticis erroribus implicarentur. — Dux Sabaudiae foederi accedere valeat. **979.**

1533.
21 martii.

Laurentius Tronus Marco Barbadico, capiti consilii decemvirum Venet., narrat qua pompa Margaretham decennem, Caroli V filiam, uno et dimidio milliario ab urbe, nobilium ordines exce-

perint, et Veronam deduxerint die 18 martii. Nomina adstantium ex utraque parte, vestes, ornamenta pretiosiora minutatim describit, ut et caenam basilice in maximo palatio, ac choreas celebratas. Ludi et choreae diebus 19, 20 pariter habentur donec die 21 qui epistolam dat usque ad Villafranca Margaretham contendentem Mantuam deducit, ubi vespere eius diei sedisset. (I. VII, 475, p. 462—464.)

Inc.: „Dinotai a v. m. dil zonzer di madama Margarita fiola di la cesarea maestà, la vene adi 18 dil presente . . . Verone, 21 martii, 1533." **980.**

26 martii. Carolus V Sulimano sultano Schiach, Turcarum, Asiae et Graecie imperatori grates agit quod oratorem a fratre Ferdinando ei missum comiter exceperit, et pacis cum eo conciliandae spem dederit. (L. V, 58—59, n. 55.)

Inc.: „Quum ex litteris sereniss. principis domini Ferdinandi . . fratris nostri cariss. intellexerimus qua benevolentia . . Alexandrie, 26 martii, 1533.

Epistola edita in 'Princip. austriac. epistolae.' Venetiis, 1856, 4°. **981.**

4 aprilis. Ferdinandus Romanorum rex Hieronymo de Jadera, suo Constantinopoli oratori agenda cum imperatore Turcarum exponit. (I. XI, 16, f. 16—31.)

Inc.: „Wir haben durch deinen Sun Vespasianus de Zara, welcher am zwelften Tag des Monats Martii zu Lyntz erstlich bei Uns ankumen . . . Geben in unser Stat Wien, am vierden tag Aprilis MDXXXIII."

Quae Ferdinandus promissa oratione mandat summatim refero. Pacem cum Turcis ineundam instet legatus; ideo Strigonium cedendum proponat, dummodo tamen exinde et ex Buda nullum christianitati damnum inferatur. — Id efficiat legatus ut Ibrahimus pascià vaivode (Zapolia) suadeat partem superiorem Hungariae, quam possidet, Ferdinando restituere, damno refecto vel, locis aliis exhibitis, vel pacto annuo pretio a 20,000 ad 50,000

et 100,000 florenorum, additis oppidis pulchrioribus, quae incolat. Ubi propositum consequi nequeat, curet ne vaivoda Ferdinandi subditis molestiae sit vel Cibinio minitetur. — Si Hungariae universae recuperandae Aloysius Gritti manum efficacem praestet, triginta usque quadraginta millia ducatorum ei promittantur, vel quatuor aut sex aut octo usque decem florenorum millia annuatim donanda, quibus et oppidum munitum Clissae addatur, dummodo tamen Ferdinando Hungariae regi pareat. — Consilium Ibrahimi pascià Aloysium Gritti Transylvaniae vaivodam instituendi irritum faciat. — Omni ope enitatur ut pax perpetuo duratura firmetur, vel saltem ad quinque super viginti annos.

Authenticum hoc documentum eodem codice ms. de quo superius num. 969, desideratur in *Gevay. Gesandtschaft* ec. **982.**

1533.
mense aprili.

Cagioni che mossero sultan Soliman gransignore de' Turchi a venir con tanti eserciti ai danni de Lamagna. (Catal. impress. Zan. I. 39, folia 70; I. VI, 276, f. 48—94.)

Inc.: „L'ambitione mortalissimo veleno delle humane menti accieca tutti li homeni . .", finit: „Ma intendendo sua maestà . . posto regola et modo alle cose d'Italia, giunto a Genova la settimana santa del 1533 se imbarcó et in Spagna traghettando la dove dalla bella et savia imperatrice fo amorevolissimamente raccolto."

Auctor morem gerens cuidam deprecanti ut de rebus turcicis scriptotenus dissereret, tractationem in duas sectiones partitur, quarum una de Turcis, altera de obstaculis imperatori factis ad Turcas imperii et Italiae finibus exterminandos. Prima demonstrandum enititur Solimanum II, procerum spretis consiliis, immo Ibrahimi pascià malis artibus abductum, ingenti exercitu in Germaniae damna per Hungariam venisse; nulla militari virtute praestare, etiamsi in castris bello adsit, cum, pugna fervente, in tentoriis iocis detineatur; eum summam rerum in aleam proiecisse, uti exemplo eius copiarum Vindobona anno 1529 praecipiter recedentium patefactum est; Turcas sive armorum vi, sive pugnandi peritia non eo metuendos ut de victoria in eos referenda

disperandum sit. Secunda curat evincere regem Galliae, copiis in Italiam invadendam saepe praemissis, ac Lutheranos religionis dissidiis toti Germaniae agitandae paratos, caesaris contra Turcas incoepta retardasse; imperatorem vires sine intermissione omnes contendisse in Vindobona non tantum sed et Neostadio, Graecio, Posonio a Turcarum aggressibus defendendis. Demum momentis expensis quibus hostium victoriae tribuendae sunt, orator exemplo Hungariae vastatae et malorum a Turcis appropinquantibus superstantium, Carolum hortatur ut impedimentis maior christianae reipublicae tuendae, per expeditionem, collatis ex universa Europa militum et aeris subsidiis, operam enixe adhibeat.

1533.
10 maii.

Orationem editam leges saeculo XVI, sub forma *octavi*, nulla addita vel urbis, vel impressoris, vel anni nota; denuo Bononiae, per Bartholom. Bonardum et Marcum Antonium Grassum, anno 1543, in 8°. hoc titulo: 'Discorso di M. Giovanluigi di Parma sopra l'impresa dell'Austria, fatta dal Granturco nel 1532.' **983.**

Exemplum diplomatis quo Carolus V *motu proprio et sano accedente principum consilio*, Titianum Vecellium de Cadubrio, lateranensis palatii aulaeque imperialis comitem, eiusque successores instituit, iura et privilegia exinde manantia tribuit, facultate conlata notarios et tabelliones *per imperium et ubique terrarum* creandi, ac nothos legitimandi. (I. XI, 55, f. 20.)

Inc.: „Cum nobis semper mos fuerit, posteaquam ad huius cesaree dignitatis celsitudinem . . Barcinone, 10 maii, 1533."

Documentum hoc, quod authenticum Venetiis apud Catherinam Galeazzi-Zandonella extat, publici iuris fecit, cum versione itala, Joseph Cadorin, nuptiis celebrandis Cadorin-Benedetti (Venetiis, Cecchini, 1850, 8°.) ex quo Franciscus Beltrame edidit in opere: 'Tiziano Vecellio e il suo monumento' (Milano, 1853, ediz. sec. p. 71--73), italeque redditum opere eodem (Venezia, 1852, ediz. pr. p. 99—103). V. 'Cadorin Giuseppe.' Dello amore ai Veneziani, di Tiziano Vecellio (Venezia, 1833, p. 68). Illud bina excipiunt sequioris aetatis, quorum primo Titianus Faustum quondam Michaelis Vecellii creat notarium publicum

(Plebis Cadubrii, 1 octobris, 1565), altero legitimat nothos clerici aquileiensis Petri Constantini de Cadubrio, Antonium et Joannem Baptistam (Venetiis, 18 septembris, 1568). Illud (fol. 16—20) inc: „Preclara est omnino scribendi ratio et una omnium voce laudanda, quippe que ea omnia . .“; alterum (f. 10—15): „Magnificus dominus Titianus Vecellius . . . Viso prius per eam et diligenter inspecto dicto privilegio et eius tenore pariter . .“ **984.**

1533.
27 maii.

Albertus cardin. legatus, archiepiscopus magdeburgensis et moguntinus ec. Vincentium Pimpinellam, archiepisc. rossanensem ac nuncium apostol. ad Roman. regem rogat ut a pontifice dispensationem ab impedimento consanguinitatis impetret pro Georgio ex marchionibus de Brandenburg nupturo Aemiliae filiae Henrici Saxoniae duci. (L. IX, 66.)

Inc.: „Cum proximis diebus per charissimos cognatos nostros pro parte . . Hallis, in arce nostra divi Mauritii, 27 maii, 1533.“ **985.**

2 iunii.

Henricus dux Saxoniae, eques provincialis Thuringiae ac marchio Misniae idem ab eodem postulat. (L. IX, 66.)

Inc.: „Nolumus reverendissimam paternitatem vestram praeterire nos ad intercessionem ill. principis catholici . . Friburgi, 2 iunii, 1533.“ Subscriptio autographa.

Facultas eodem anno per oratorem Vergerium data. **986.**

1 augusti.

Antonius Verantius, praepositus ac a secretis regis Hungariae nuntiat oratori Angliae Turcarum imperatorem cum rege Ferdinando pacem iniisse, conditionibus tamen huic faventibus; rebelles paulatim ad regem Hungariae rediisse. Tria prodigia eius temporis notat: quatuor cometas — aquarum colluvionem Hungariam, maxime Transylvaniam damnis coacervantem — cruorem ex arboribus defluentem. Regem cum exercitu Quinqueecclesias profecturum significat (I. VII, 476, p. 375—376.)

Inc.: „Nova quae habemus bona habemus, utinam bene cedant. Preteritis circiter quindecim diebus . . Bude, 1 augusti, 1533.“ **987.**

1533.
27 augusti.

Paulus ab Oberstain praepositus ecclesiae vindobonensis et eius gymnasii cancellarius generalis refert pontifici de miserrima ac turbulenta eius *studii* conditione. (I. V, 65.)

Inc.: „Quamprimum ego prepositurarn ecclesie viennensis studiique . . Vienne, 27 augusti, 1533.“ **988.**

11 novembris.

Joachim, marchio brandeburgicas rogat Vergerium nuntium apostol., filiam Margaretam Joanni Anhaldiae principi matrimonio iungendam a tertio consanguinitatis gradu per pontificem expediri. (L. IX, 66.)

Inc.: „Quum ab ineunte etate, susceptisque regni mei habenis . . Ex arce coloniensi cis Spreuam, die Martini episcopi, 1533.“ **989.**

11 decembris.

Regius locumtenens, cancellarius et consiliarii regiminis Austriae inferioris significant Vergerio diremisse litem inter Andream Römer plebanum in Krembs, et Oswaldum Sturm presbyterum, super quodam beneficio obortam. (L. IX, 66, f. 1.)

Inc : „Meminisse dom. v. rev. proculdubio dignatur quod ad eandem vigesima novembris dominos e medio nostri Collonitsch et Dobrohost doctores . . Vienne, 11 decembris, 1533.“ **990.**

28 decembris.

Exemplum litterarum Caroli V imperatoris quibus, intercedente comite Guidone Rangonio suo capitaneo, *animo deliberato* et *sano accedente principum consilio*, Valerium Negronum comitis palatini titulo insignit, facultate data creandi publicos notarios et iudices ordinarios, nec non *ex illicito et damnato coitu procreatos* legitimandi. (L. V, 7, f. 8.)

Inc.: „Imperatoria maiestas tum vero laudis splendorem sibi comparat quum dignis hominibus virtuteque preditis . . Bononie, 28 decembris, 1533.“

Exemplum datum habent notarii tres, Carolus Blanco, Joannes Laurentius Georgius et Julianus, coram Jacobo Fasolo plebano s. Jacobi de Rivoaldo (sic) Venetiarum, iudice ordinario. Venetiis, 7 iunii, 1533. (Error fortasse irrepsit in anno.) **991.**

1534.
18 aprilis.

Carolus V Bernardino de Meneses militi ordinis d. Jacobi mandat Justinopolim se conferat ad inquirendum de genere Vergerii petentis praefato ordini initiari. (L. IX, 68.)

Inc.: „Notum tibi esse volumus quod ex parte Petri Pauli Vergerii illustris venete reipublice subditi . . Toleti, 18 aprilis, 1534." **992.**

23 iunii.

Joannes Eckius Bernardo Clesio episcopo tridentino, in curia regis Romanorum, desiderium aperit beneficio quodam ecclesiastico investiri. (L. IX, 66.)

Inc.: „Posteaquam oleum et operam perdidimus in beneficio spirensi, scribo in presentia rev. patri . . . Ingolstadii, 23 iunii, 1534." **993.**

1 iulii.

Jacobus Scotorum rex grates agit Joanni Cochleo de libro sibi dono dato. (L. IX, 66.)

Inc.: „Pertulit ad nos, Cochlee doctissime, hic adolescens libellum quem in Alexandri Grati assertiones editum . . . Ex regia nostra sancte crucis (Holirood, Edinb.), 1 iulii, 1534." **994.**

18 iulii.

Georgius dux Saxoniae, Henrici frater mittit Petro Paulo Vergerio summam petitam pro dispensatione. (V. num. 985, 986.) (L. IX, 66.)

Authenticum inc.: „Accepimus litteras quibus dominatio vestra nos submonet ut quamdiu de remittenda summa quam frater noster . . Dresde, 15 kal. augusti (18 iulii), 1534." **995.**

1534—1536.

Regesta per compendium latine exhibita epistolarum veneti senatus ad Franciscum Contarenum oratorem ad Ferdinandum regem, a die 26 novembris, 1534 ad diem 30 martii, 1536. (I. VII, 802, f. 2—6.)

Commissionem oratori datam de solitis cum rege, familia, proceribus officiis; gratulatione ob nuptias archiducissae Annae cum duce Bavariae; rebus in conventu tridentino definiendis;

materia loci nuncupati *il Sagrà*, *rapresaleis*, confirmatione pacis ec., excipiunt epistolae referentes conventui tridentino missos Joannem Delphinum et Andream Rubeum a secretis, quibus data facultas ratificandi sententias Tridenti factas 16 iunii, cum reservatione recuperandi Bellogradum et Castrumnovum a ducibus Saxoniae; quo super proposito pluries cum oratore actum. Instet Contarenus libertati donandos fratrem Augustinum et Joannem Petrum de familia Antonii Gritti (V. num. 948, 949, 963, 984); dissidia componat super domibus quas Theupolus Gradiscae possidet, ac salinis Augustini Quirini in territorio tergestino positis; damnis a comite Petro Crussich de Clissa Tragurio illatis; violentiis quibus capitaneus Gradiscae Aloysium Grimani Aquileiae potestatem persecutus est, et Nicolaus Rauber capitaneus Tergesti habitatores villae Cervicalis in Histria gravabat; vectigalibus abrogandis super bobus ex Hungaria, ferro ex Villaco, iisque Aquileiae innovatis. Demum mandat senatus gratulationis officia regi deferat ob captam Goletam, expugnationem Tuneti, fugam Barbarossae; doleat de morte ducis Mediolani, gratam habeat invitationem suscipiendi de sacro fonte infantem reginae, eique mille ducatorum munus porrigat.

Epistolas octodecim a die prima ianuarii ad quartam martii, 1535, utpote res Hungariae spectantes, protulit Joannes Nagy volumine tertio operis: 'Magyar Történelmi Tár.' Pesten, 1857, p. 82—115. **996.**

Regesta litterarum numero centum quinquaginta Francisci Contareni senatui veneto oblatarum a die 28 novembris, 1534 ad secundam aprilis, 1536, fere omnium ex Vindobona. (I. VII, 802, f. 18—130.)

Orator die quarta augusti anni 1534 electus, extremo novembri per Sacilum, Venzonum, Villacum, Feldkirchen, Sanctum Vitum, Frisacum, Vindobonam contendit. Primis statim epistolis refert de ponte Ledrae in Foroiulii reficiendo; episcopi bambergensis in Villacum iuribus, quae caesar sibi pecunia redimenda studebat; de Villaco iam flammis combusto ex diris cardinalis

Caietani, modo innovato; de ferro ex Carinthia cui vectigal a Venetis imponendum censet. Die decembris decimaseptima Vindobonam adveniens stupet spectaculum sibi a rege datum cursus in trahis lubricis; nuntiat partum reginae et dona huic offerenda; Ferdinandi filiam nuptam duci Bavariae; acta Monasterii per Joannem de Leyden *sartorem*, ac indolem et formam eius salvusconductus. Refert plura de Hungaria; internecione Aloysii Gritti; Augustini Musei Vindobonam adventu: Turcarum imperatoris legatione ad Ferdinandum; comite Philippo, palatino Rheni; Antonio Verantio; Hieronymo Adorno ticinensi, medico Joannis regis Hungariae; Joanne Faber episcopo vindobonensi, quem summe laudat; Hieronymo et filio Vespasiano, iadertinis, res bossinenses negotiantibus; Luthero adhaerentibus. Festive describit regis Ferdinandi palatium Neostadii, solemniores ac frequentes aulae venationes, publicas *investituras* ducum Saxoniae, Vittembergae et Luneburgae. Plures ex epistolis datae sunt Joanni Delphino, Andreae Rubeo a secretis, Mario Savorgnano, Matthaeo Avogaro Tridentum pro Venetis ad conventum profectis, res politicas, praesertim vero quaestiones de restitutione Bellogradi et Castrinovi in Foroiulii agitantibus. Sub initio octobris anni 1535 grates agit senatui ob redditum ei permissum; ianuario usque martium regem Salisburgum et Oenipontum comitatur, quoadusque, Carolo Capello succedente, primis aprilis diebus Venetias reddit. Omnia in libro manu oratoris exscripta. **997.**

1535.
26 aprilis.

Confirmatio foederis bononiensis anni 1529. (L. X, 309, n. 43.)

Inc.: „Carolus . . Quum superiori anno 1529, die 23 mensis decembris in civitate bononiensi inter felic. record. Clementem VII pontificem ac sereniss. principem Ferdinandum . . . Barcinone, 26 aprilis, 1535." **998.**

21 maii.

Ferdinandus Romanorum rex capitaneo Gradiscae ac capitaneo ad S. Vitum in Flumine praecipit ut occasione alicuius insueti vectigalis de quo Veneti gravabantur, illud abrogent, ac illico

instruant num vectigalia imposita nova sint aut de antiquo servata. (I. VII, 802, f. 92—93.)

Inc.: „Commissarii nostri cause restitutionis venetice nos inter alia fecere certiores Venetos se aggravare . . . Vienne, 21 maii, 1535." **999.**

1535. 21 maii. Bernardus Clesius, episcopus tridentinus respondet Joanni Eckio, sacrae theologiae professori, *ubi crit*, super quibusdam quae ab eo petierat. (L. IX, 66.)

Inc.: „Binas vestras 25 preteriti et 4 maii datas eodem accepimus tempore. Ad primas parum est . . . Vienne, 21 maii, 1535." **1000.**

26 iunii. Paulus papa III laudat Joannem Eckium de praestitis in fidei catholicae emolumentum. (L. IX, 68.)

Inc.: „Littere tue nobis fuerunt gratissime. Non solum quod nobis id quod alioqui exploratum habueramus . . Rome, 26 iunii, 1535." **1001.**

11 iulii. Compositio Tridenti die 17 iunii anni 1535 facta inter Ferdinandum regem Romanorum et rempublicam venetam super possessione locorum aliquot et iurium inhaerentium in Foroiulii. (I. VII, 785, f. 162—185; 1217, f. 38—64.)

Controversias de ea re usque a saeculo decimoquinto inter duos principes austriacum et venetum obortas, Gradiscae Foriiulii die 12 novembris, 1533 tollendi causa ab utriusque procuratoribus conventum est. Cum vero principes super compositione approbanda dissiderent, die 11 iulii, 1535 statutum ut quae unus et alter approbaret obtinerentur, caetera agentibus definienda mandarentur et quidem Sigismundo de Thuno, Raimundo Dorimbergo, Antonio Quetta, Nicolao Basileo, Petro Alexandrino, Hieronymo Thoner, Hieronymo Atthimo ex parte archiducis; ex Venetorum Andreae Rubeo, Joanni Delphino, Jacobo Florio; iurisconsultis adhibitis pro rege Hieronymo Bladumgo, pro Venetis Matthaeo de Advocatis, mediatore iurisconsulto et senatore medio-

lanensi Ludovico Porro. Longi dissidii causis et historia enarratis, enuntiantur primum quae sponte conventa sunt, dein quae loca et castra restituenda, quo modo patriarcha aquileiensis ad civitatem Aquileiae redintegrandus sit, quo iure loca, domus, possessiones, affictus, census, molendina, salinae, nemora, piscationes, venationes ec quibusdam personis nominatis vel institutis applicanda veniant.

Compositio vel *sententia*, uti appellant, sic incipit: „Cum ad tollendas controversias quae in conventu tridentino coram magnificis arbitris et superarbitro inter sereniss. Romanorum regem . . ."

Uterque codex haec diversa manu habet sub fine: „Premissam sententiam arbitrariam contentam in foliis . . presenti imputato ego Leonardus Agricola notarius utinensis collegiatus manu mea accurate descripsi ex alio exemplo inserto in libro sententiarum, manu s. ip. d. Antonii Belloni notarii itidem utinensis, penes me existenti et in fidem cum signo subscripsi rogatus die ultimo aprilis, 1581." — Codici altero f. 72—74 inest epistola a quodam imperatoris ministro data oratori veneto in idem argumentum: ea inc.: „Sacra rom. maiest. . . iussit indicare et referre magnifico domino oratori ill. dominii Venetiarum quod . . Vindobone, die 4 decembris, 1550." **1002.**

Goletae expugnatio. (1003—1005.)

1535.
14 iulii.

Duci Mantuae eius ad caesarem legatus Joannes Agnello refert de iis quae in expugnatione Goletae exercitus praestitit, et de coeptis Tuneto oppugnando usque a die 4 iulii. (L. VII, 877, f. 216—217.)

Inc.: „Non dirò a vostra eccelentia particularmente tutto quello che sia acascato fra questo esercito . . Goleta presso Tunisi, 14 luglio, 1535." **1003.**

1535.
23 iulii.

Carolus imperator narrat Ferdinando Romanorum regi ea quae Africae expeditionem obtingunt ab expugnatione Goletae ad diem vigesimam secundam iulii. (I. VII, 802, f. 104—105.)

Inc.: „Postquam vos de occupatione Golete certiorem reddidi, ut mihi in animo erat versus Tunisium ire. . . Datum Tunisii, 23 iulii, 1535."

V. 'Correspondenz des Kaisers Karl V, mitgetheilt von Dr. Karl Lanz', t. II, p. 186—204. **1004.**

Coeptum expeditionis tunetanae a Joanne Ambrosio novariensi de Viglevano, a secretis marchionis Finalii descriptum. (I. VII, 312, pag. 65.)

Inc.: „Correa l'anno della cristiana salute 1534 quando Sultan Suliman imperatore de' Turchi cum potentissimo . . ." finit: „et se non serà (Carolus) impedito da altri, potemo esser certi de brevi veder lo effecto de questa sua sancta voluntà."

Auctor qui sub fine fatetur vidisse quae enarrat: „mi ho trovato presente a tutta questa impresa et cum logio mio veduto", ab expeditione Hadriadeni Barbarossae ortus, ingentes caesaris ad bellum apparatus belle exprimit (p. 3—15); inde sub diarii forma, quae evenerunt usque ad imperatoris reditum Neapolim (25 novembris) singulatim enarrat. Extremo folio extant delineatio Tuneti et quae Tunetum circumstant. **1005.**

mense augusto.

Orator apud Ferdinandum regem venetus ei significat venetum senatum, etsi sententia tridentina se laesum sentiat super facto Bellogradi et Castrinovi, commisisse Joanni Delphino ut eam ratificet et approbet; difficultates vero residuas ad rem bene componendam e medio tollat. (I. VII, 802, f. 98.)

Inc.: „Illustriss. dominium venetum audita pronunciatione sententiae facte . . Vindobone, m. augusto, 1535. **1006.**

4 augusti.

Philippus, comes palatinus Rheni, inferioris ac superioris Bavariae dux plura de concilio cogendo Paulo papae III scribit. (L. IX, 68.)

Inc.: „Rediit rursus ad nos sanctitatis vestre nuncius dominus Petrus Paulus Vergerius, qui post diligentem suam admonitionem, qua nos ad futurum concilium . . Ex arce mea Bruklangenfeld, 4 aug., 1535." **1007.**

1535.
mense septembri.

Capitaneus Pisini plura refert super dissidiis circa confinia in Histria, Venetorum ex parte Pigmenti, Austriacorum ex parte Pisini et territorii de Wolmbrod usque ad Waruth. (I. VII, 802, f. 120—121.)

Inc.: „Capitaneus Pigmenti Venetorum subditus, contra omne ius et consuetudinem in Istria . . . m. septembri, 1535." **1008.**

25 octobris.

Ferdinandus rex queritur cum Petro Crusich quod pacem cum Turcis compositam et bonae vicinitatis officia cum Venetis aspernatus, *caravanam* spalatensem ex Sibenico venientem, septem necatis hominibus sit aggressus, ac equos caeteraque ad castrum clissense ablata restituere denegaverit; unde mandat ut illico damna illata reficiat, ac in posterum qualibet simili violentia abstineat. (I. VII, 802, f. 113.)

Inc.: „Exponi nobis fecit illustriss. venetum dominium per oratorem suum hic apud nos . . Vienne, 25 octobr., 1535." **1009.**

30 novembris.

Idem eidem praecipit protinus restituat mille boves, centum equos, quinque millia aliorum pecorum Morlachis ablata in loco Spico. (I. VII, 802, f. 119.)

Inc.: „Proxime elapso mense octobri super querela ill. veneti dominii coram nobis . . Viennae, 30 nov., 1535." **1010.**

11 decembris.

Idem Paulo papae III enixe laudat Petrum Paulum Vergerium pro legatione sua *in negotio concilii*, eumque rerum germanicarum ita expertum ut nullus aeque idoneus ad id officium esse possit. (I. V, 65.)

Inc.: „Rediit ad nos sanctitatis vestre nuncius rev. Petrus Paulus Vergerius a legatione sua . . Vienne, 11 dec., 1535."

Epistolam idem Vergerius sua manu scripsit. **1011.**

1535.
12 decembris.

Ferdinandus rex Romanorum epistola. manu Christophori Castilegii a secretis eius hispanice descripta, Martino de Salinas apud imperatorem agenti laudat Romam proficisciscentem Petrum Paulum Vergerium, quem pro opera strenue in Germania adhibita circa *concilium cogendum*, pontifici per caesarem commendari desiderat. (L. IX, 68.)

Inc.: „Pedro Paulo Vergerio, nuncio de nuestro muy santo padre, que era ydo por mandado . . 12 dec., 1535." **1012.**

Scripta pleraque tum authentica, tum per exempla, annis 1424—1535 quoad Bellogradum et Castrumnovum in Foroiulio. (I. VII, 802, fol. 98, 102, 103, 114; 994, folia 85.)

Anno 1498 Leonardus comes Goriciae cesserat Cormons, Bellogradum, Castrumnovum ac iura in Quadruvium Maximiliano regi qui statim duci Saxoniae, armorum imperialium in Foroiulii duci, pro debitis quinque supra sexaginta millibus *raines*, ea loca obligat, una cum futuro Goriciae dominio. Ea retinuit dux Saxoniae usque ad annum 1507 quo, Leonardo vita functo, comitatus Goriciae Maximiliano est assertus. Anno 1508 Veneti, pulsis Constantino Hernici et Francisco Houer Castrinovi et Bellogradi dominis, ea receperunt; paulo post caesarei Castrumnovum comitibus de Strassoldo, Bellogradum Brunoro de Portunaonis tradunt, donec Veneti iis anno 1514 ex integro potiuntur. Etsi in conventibus Veronae et Bruxellarum nulla quaestio de actis interesset, immo in vormatiensi (a. 1521) eorum locorum dominium Venetis assereretur, exorta postmodum lis de ducis Saxoniae iuribus vindicandis. Re in conventu tridentino (a. 1535) agitata, legatis venetis Joanne Delphino, Mario Savorgnano et . . Avogadro praesentibus, iudices arbitri constituti sententiam dicunt Venetis contrariam: eapropter respublica mandat legato Delphino ut eam sententiam ratificet et compositionem amicabilem proponat, quam, oratoribus caesareis id abhorrentibus, minime consequitur. Senatus venetus oratori suo Vindobonae, Francisco Contareno, rem cum aulia regia tractandam praecipit. Liquet ex actis in consiliis oblata quinque millia florenorum *rainensium*

a Venetis duci Saxoniae solvenda. Actus 22 maii, 1543, ut infra, innuit quaestionis solutionem dilatam.

Codex octingentesimus secundus continet commercium epistolarum oratoris veneti ad regem ea de re; documenta habet alter quae per summa capita enumero.

1. Instrumentum quo Henricus comes Goriciae et Tyrolis, tanquam marescalus dominii veneti, genuflexus coram duce Venetiarum, in suggestu *de extra ecclesiam d. Marci inter portam magnam et portam adversus marzariam*, recipit pro se et fratre Mainardo feuda quae ipse et progenitores sui a camera aquileiensi (modo veneta) tenuerunt. 1 novembris, 1424 (f. 83—85). V. 'De Rubeis'. Monum. aquil. col. 1045; 'Candidus'. Comment. aquil. lib. VII, p. 69; 'Muratori' Script. rer. ital. tom. XXII.

2. Quidam venetus a secretis nuntiat Catherinae comitissae Cillii bene a senatu exceptum Theodorum eius nuncium. 13 iunii, 1472. (f. 53.)

3. Cum Catherina comitissa Cillii dono dedisset fratri despoto castrum coemtum Bellogradi, eique praefecisset capitaneum Olivinum, ut fratrem caecum, *dum in humanis ageret, ab insidiis comitum Goriciae* defenderet; senatus venetus, speciae tutelae, praecipit locumtenenti Foriiulii ut, Olivino remoto, castrum administrandum insumat ac redditus ex integro comitissae Cillii exsolvat. In rogatis, die 25 augusti, 1477. (f. 54.)

4. Instrumentum quo Catherina comitissa Cillii *degens nunc in partibus Turcarum*, donat Matthaeo Spandonino equiti et comiti palatino, *ob amorem nepotis sue*, uxoris dicti Matthaei castrum Bellogradi. Constantinopoli, 9 dec., 1488. (f. 55—56.)

5. Constantinus Hernici postulat sibi dari a rege Romanorum ius redimendi aliquot castra comitatus Goriciae — Oeniponti, 19 martii, 1502. (f. 47.)

6. Communitas Civitatis Austriae refellit rationum momenta quibus Ludovicus Porro iudicaverat *nullum penitus in arcem Tulmini nobis ius competere*. 22 novembris, 1533.

7. Joannes Fridericus et Joannes Josephus Strassoldo senatum venetum rogant ut ipsis dominium Castrinovi ex iustitia asserat, quod castrum anno 1476, die 19 aprilis a Leonardo comite Goriciae Soldonerius et Odoricus de Strassoldo coemerant. Cum vero anno 1490, eis defunctis, Leonardus rem divenditam sibi violenter arripuisset, ideoque Joannes et Fridericus Soldonerii filii a caesareis (post provisorem venetum Georgium Cornelium dominis), pretio octingentorum florenorum aureorum *de Rens*, redimissent, ii instant ut iura propria in integrum vindicentur. 1535. (f. 13—14.)

8. Forma deveniendi ad executionem restitutionis Castrinovi et Bellogradi. (f. 31—32.)

9. Marinus Savorgnanus deputatus ad conventum tridentinum mittit legato veneto Vindobonam, cancellarium suum qui de actis referat. Tridenti, 20 aprilis, 1535. (f. 61.)

10. Joannes Delphinus nuntiat senatui, post arbitrorum sententiam ante tres dies missam, sibi esse nuntiatum caesarem cum duce Saxoniae res conciliasse ita ut unum ex castris det armorum duci Martino Spuch, alterum Raimundo Doremberg. Tridenti, 22 iunii, 1535. (f. 12.)

11. Senatus venetus mandat legato Joanni Dandulo ratificet sententiam arbitrorum Tridenti. In rogatis, 5 iulii, 1535. (f. 48.)

12. Epistolae tres Joannis Delphini legato veneto Vindobonam missae diebus 21 aprilis, 8 et 30 iulii (1535) in re Castrinovi et Bellogradi. (f. 62—63, 65.)

13. Marinus Savorgnanus Venetiis, oratori veneto Vindobonae gratulatur quod quaestionem Castrinovi et Bellogradi ab eo definiendam senatus mandaverit. Venetiis, 24 iulii, 1535. (f. 61, 65.)

14. Commissarii regii coram senatu veneto conqueruntur quod quindecim dierum spatio Venetiis steterint quin negotiationi propositae post sententiam arbitrariam principium datum sit. (f. 33.)

15. Senatus respondet oratorem caesareum negotium Castrinovi et Bellogradi expediendum insumpsisse. De quinque conventibus Tridenti habitis disseritur. (f. 34—35.)

16. Joannes Delphinus a conventu tridentino redux refert senatui veneto quid egerit non tantum in re Castrinovi et Bellogradi, sed etiam de dissidiis ob confinia Isoutii. (f. 59—60.)

17. Rex Romanorum nuntiat legato veneto Castrumnovum et Bellogradum per arbitros tridentinos Saxoniae electori adiudicata, ex huius *cessione* sibi obvenisse: ubi Veneti *aliquid iuris* in ea *pretendant*, ad caesaris liberum arbitrium se referant. (f. 1.)

18. Orator venetus rogat regem sibi dari eius *cessionis* exemplum Venetias ad senatum mittendum. (f. 10.)

19 Oblata a veneto legato Vindobonae compositio amicabilis, qua propositum quinque millia florenorum rainensium tantum duci Saxoniae solvenda, quod Goritia et Cormons in pignoratione Maximiliani comprehendantur. (f. 23.)

20. Franciscus Contarenus orator senatui significat dominum de Granvella sibi communicasse epistolam *(ma per esser in lingua francese non poti cusi perfettamente intender)* qua caesar post sententiam arbitrariam innuebat *di rimettere la difficultà di Belgrado e Castelnuovo a sua cesarea maestà.* 22 septembris, 1535. f. 18.)

21. Consultatio Venetorum de natura pignorationis Castrinovi et Bellogradi. (f. 25—27.)

22. Quaestio proposita utrum in pignoratione facta a caesare duci Saxoniae, Goritia vel ternum tantum castrum, Bellogradum, Castrumnovum, Cormons includantur. 22 maii, 1543. **1013.**

1536.
17 aprilis.

Quidam epistola nobilibus viris . . . refert Carolum imperatorem Tuneto reducem, ea ipsa die coram pontifice, cardinalium collegio, praelatis, principum legatis, orationem habuisse qua convocationem generalis concilii ac bullas eapropter celeriter apparandas urget. (l. XI, 86, f. 56—68; 90, f. 62—82.)

Inc.: „Havendo la cesarea maestà deliberato de qui partire domani al tutto, questa mattina si è trovata alla presenza della santità . . Roma, 17 aprile, 1536."

Quae pericula christianae religioni instent ex mora, caesar patefacit, haeresim quotidie magis ingravescentem ac principum

dissidia praecipue incusans. Unde occasione arrepta, quid ille pro pace, quid contra Galliae rex egerit, probat. Tota fere oratione caesar in eo est ut, exemplis allatis, evincat regem Galliae malis artibus semper paci obstitisse.

Auctor addit sub fine, postridie eius diei, regis Galliae legatos caesarem convenisse, rogaturos num consulto belli singularis (duelli) cum Francisco II propositionem coram pontifice attigerit. Eadem die imperator, postquam pontificem et cardinalem Farnesium munifice esset largitus, hora decimanona Montemrosolum versus inequitavit. **1014.**

1536.
10 februario.

Renovatio et approbatio foederis initi et pacis, post obitum ducis Mediolani, per illustriss. dominium Venetiarum. (I. VII, 785, f. 186—187; 1217, f. 70—71.)

Quod foedus Bononiae die 27 decembris anni 1529 percussum, post mortem Clementis papae VII Barcinone renovatum, idem post mortem ducis Mediolani, Neapoli, die 10 februarii, 1536 approbatur.

Inc.: „Cum de anno 1529 die 23 mensis decembris in civitate Bononie pax et fedus . . . Neapolis ec.

Protulit Sudendorf 'Registrum oder merkwürd. Urkunde für die deutsche Gesch.' vol. III, p. 213—215. **1015.**

mense martio.

Nicolaus Visentinus (Hallis vitrarius) supplex Ferdinandum regem deprecatur ut per venetum oratorem Franciscum Contarenum impetret relaxationem affinis suis Danielis Zabarella iam viginti annos carcere Venetiis detenti, eo pacto ut salvoconductu per integrum annum ad res suas curandas obtento, postmodum relegationis poenam in insula ultra mare sustineat. (I. VII, 802, f. 130.)

Inc.: „Sereniss. maiestatem humiliter certiorem facio, quod Daniel Zabarella ex Padua, affinis meus . . .“

Raymundus regius consiliarius epistolam hanc mense martio dat oratori Contareno ut Venetias ad senatum mittat. **1016.**

1536.
mense iulio.

Compendium *relationis* Marci Antonii Contareni, Venetiis in senatu recitatae mense iulio anni 1536, cum redux a legatione apud Carolum imperatorem esset.

Inc.: „. . . chè sua intentione era di dire le cose più importanti della sua legatione, lassando le altre a dietro . . . luglio, 1536."

Marcus Antonius Contarenus die 16 iunii, anni 1531 apud imperatorem missus, ea legatione sex supra quinquaginta mensium spatio functus est. Etsi pigeat plura oblivioni mandasse quod litterarum regesta, ante discessum Africam versus, igni traderet, ne in alienas manus exciderent, tamen ternum egregium imperatoris facinus, nempe in Hungaria contra Turcas, in Barbaria et in Gallia describendum ab origine sumit. Quoad primum narrat mense februarii anni 1532 Ticini adiisse imperatorem, qui ingentes belli apparatus ad Turcas ab imperii finibus arcendos cogebat; Turcas terrore perculsos ab Hungaria descivisse; imperatorem per Forumiulii, Mantuam et Januam, mense novembri eius anni Barcinonem triumphi ritu contendisse. Quoad alterum. disserit de maxima classe quam caesar ornandam ab autumno anni 1534 ad aestatem anni 1535 sumpserat; declarat quomodo Goletam die 8 iulii appulsus duobus mensibus, pluribus obstantibus, victoriam retulerit, quam successu Tuneti absolvit. Extremum quod attinet, id esse imperatori consilii Galliam armis contendere, ne Gallus aeque armis potens imperio noceat. Haec excipiunt notitiae de gravioribus impensis ab exercitu et praesertim a classe imperatori illatis, de equitum ordinibus et auri copia ex Peruvio in Hispania, sumptu domus imperialis, caesaris morali caractere et bona in Venetis voluntate. **1017.**

12 augusti.

Ferdinandus rex Paulo papae III Vergerium episcopatui iustinopolitano promovendum commendat. (L. IX, 68.)

Inc.: „Venit huc fama quod vacaverit episcopatus civitatis Justinopolis, que est patria . . Hyspruch, 12 aug., 1536."

Membrana auth. edita est in 'Principum austriacorum epistolae.' — Venet. 1856, 4°.

Die 4 maii 1536 Vergerius episcopus Modrussae in Croatia dictus, 6 septembris eius anni, Justinopolis. **1018.**

1536.
26 augusti.

Idem denuo pontifici Vergerium commendat, cuius apud se triennio nuncii merita depraedicat. (L. IX, 68.)

Inc.: „Iamdudum optavimus nobis occasionem dari qua potuissemus rev. devot. sincere nobis dilecto . . . Insprugg, 26 augusti, 1535."

Membrana originalis edita in 'Principum' ec. ut supra. **1019.**

26 augusti.

Idem Ambrosium Recalcatum primarium pontificis a secretis rogat ut Vergerio in adsequendo patriae suae Justinopolis episcopatu adiumento esse vellit. (L. IX, 68.)

Inc.: „Cum non ignoremus vos multum et gratia et auctoritate vestra valere apud sanctiss. dominat. . . . Insprugg, 26 augusti, 1536."

Editam leges in 'Principum' ut supra. **1020.**

Ternum italum epigramma (sonetto), versibus similiter desinentibus, Carolo ex Italia, post copias in Gallia fusas, Hispaniam novembri anni 1536 revertenti.. Primum habet auctorem anonymum; alterum Hannibalem Caro; tertium Laurentium Medicem. Secundum in caesaris laudem, iam typis editum incip.: „Dopo tante onorate e degne imprese"; quae supersunt „Dopo si triste e scellerata impresa", contumeliosa. (I. VI, 128, f. 80—81.) **1021.**

10 decembris.

Ferdinandus rex cardinali Laurentio de Campegio, episcopo praenestino commendat Vergerium episcopum iustinopolitanum, Romam propediem reversurum, quem in rebus suis apud pontificem adiuvare velit (L. IX, 68.)

Inc.: „Intelleximus rev. devotum sincere nobis dilectum . . . Vienne, 10 dec., 1536."

Edita eodem opere. **1022.**

1536. Successo delle cose trattate dopo la morte di Francesco Sforza duca di Milano, con Carlo V et altri principi pertenenti a quel stato. (I. VII, 785, p. 210—254; 1279, f. 150—220.)

Inc.: „Morto il duca di Milano, di subito il conte Massimiano Stampa che era castellano per nome di esso duca, dichiarò di tenere esso castello . . "

Francisco Sfortia demortuo (autumno anni 1535), Paulus prognatus Neapolim ad imperatorem pro ducatu adipiscendo contendens, Florentiae propinato veneno ab Alexandro Medici, uti creditur, occubuit. Maximianus vero Stampa Mediolani castrum, quod pro imperatore tenuerat, Antonio de Leyva gubernatori designato cessit. Haec inter Carolo V Neapolim ex Tuneto redeunti plurimorum principum legati, quos inter quatuor veneti, obviam processerunt, victoriam gratulaturi. His caesar foedus ob mortem ducis Mediolani interceptum renovandum, antequam de novo eligendo ageretur, proponebat, quod, etsi non aperto sermone, facto tamen renuebaut. Quid pontifex, rex Galliae, Ferdinandus rex, Veneti egerint ut novus dux Mediolano daretur, quomodo in eo renunciando sententiae discreparent, dum in album filii regum Romanorum et Lusitaniae ac duces aurelianenses et angoulemenses referebantur; quam partem Veneti amplexandam insumerent, consiliis in senatu frequentibus toto anno 1536, pluribus in tractatione disseritur. **1023.**

Venetiis in Senatu disputatur num caesari aut Galliae regi adhaerendum (1024—1026).

Oratione di *Marco Antonio Corner* al senato nella quale consiglia a continuare la confederatione con cesare, et non attendere alle proposte fatte dal re di Francia, d'entrare con lui in lega. (I. VII, 783, f. 308—312.)

Inc.: „Chi consiglia le cose gravi et importanti deve portar l'animo in modo libero da tutte le passioni . . ."

Exponit auctor refutanda quae a Gallis, publicae violandae fidei gratia, proponuntur, ideoque nec bellum Carolo V indicendum, nec pacem cum Solimano servandam, quanquam sint qui id consulant nimio Turcarum metu perterriti· proavos reipublicae fines utique propagasse, armisque obtenta tenuisse, pronepotes vero temporum augustia coactos, Ravennam et Cerviam pontifici, loca in Apulia imperatori cessisse: non armis, sed artibus in praesentiarum Venetis dimicandum: caeteros Italiae principes in eos concitaturos foedus cum Gallia, quae, mediolanensi ditione sibi subdita, amicos desereret. Quod denique accedit paci cum Carolo V tenendae ait esse bellum in Turcas, cui fovendo minime conferunt dissidia principum christianorum et Galliae longinquae voluntas, plurimum vero imperatoris potentia ac eadem cum Venetis rerum conditio. **1024.**

Oratione di *Lunardo Emo* nel senato, nella quale consiglia a procedere riservatamente nel rispondere al re di Francia intorno alla proposta della lega, non escludendolo affatto d'ogni speranza. (I. VII, 783, f. 312—315.)

Inc.: „Ho osservato nella lunga et ornata oratione de m. Marco Antonio Cornaro che per ritrovare materia d'impugnare . . ."

Auctor Marco Antonio Cornelio contra Galliae regem oranti in senatu respondet propositum foedus non manifeste refutandum, quod eo modo Francisci indignatio in Venetos conversa: parcius re, verbis generosius cum Gallis procedendum, quibus non animus hostilis aperiendus, sed potius indicandum quae caesari officia praestanda sint, eo magis quod rumores in vulgus prodierint Carolum et Franciscum foedus Venetis exitiale inituros. Ancipiti Venetorum consilio regis iter retardatum iri, sumptibusque parsum quos copiae ex pactis caesari suppeditandae et in Turcas iussae reipublicae inferent: hanc illud magni interesse ut Gallia et imperium aequa lance ad trutinam revocentur, quod pluries a Venetis iam praestitum. **1025.**

Discorso d'incerta persona che si finge d'esser cittadino e consultore veneziano, se la signoria di Venezia deve collegarsi col re di Francia, lasciando l'amicizia di Carlo V imperatore, fatto in tempo che Janusbey, ambasciatore turco si trovava in Venezia. (I. XI, 2, f. 158—180.)

Inc.: „Cosa molto nuova e strana mi pare, sereniss. principe, che ogni giorno si ritorni a prendere per mano . . ."

Cum Janus bey Turcarum ad Venetos legatus, reipublicae primoribus suaserit Gallorum regis propositum foedus caesaris amicitiae esse anteponendum, Caroli V historia universa ad trutinam revocata nititur evincendum nihil reipublicae tutelae ac dignitati magis conferre quam pacem cum imperatore continuatam. **1026.**

1537.
18 iunii.

Summarium treguae initae Niciae inter Carolum V et regem Franciae, de anno 1537. (I. VII, 417, p. 405—406.)

Inc.: „Tregua per dieci anni in amplissima forma, per tutti li lor sudditi. . ."

Documento induciarum decennalium die 18 iunii anni 1537 pactarum inest tantum elenchus statuum induciis conclusorum. V. num. 1033. **1027.**

Monita cardinali Alexandro Farnese ad Carolum caesarem in Gallia, anno 1537 deputato a pontifice data. (I V, 62, f. 153—169.)

Inc.: „Monsignor rever. legato deve andar diritto a ritrovar il re dove sarà, et perchè non essendo ancora arrivato l'imperatore . . ."

Paulus III cardinali nepoti commendat: Galliae regi (quem statim invisat) referat se nihil in ea legatione acturum, nisi eius nutu; eadem caesari repetat; gratuletur utrique de bona voluntate in pacem componendam et ecclesiae bonum promovendum; asserat de animis utriusque concordibus nec dubium quidem inesse pontifici, quem eorum votis obsequentem habent

urgeat continuationem generalis concilii; in Nicaea proposita firmanda curet. **1028.**

1537. Consilium cardinalium Casparis Contareni, Joannis Petri Caraffa, Jacobi Sadoleti, Reginaldi Poli; ac praelatorum Friderici Fregoso, Hieronymi Aleandri, Joannis Matthaei Giberti, Gregorii Cortez, Thomae Badia, de emendanda ecclesia romana, pontificis Pauli III iussu, anno 1537, conscriptum. (L. IX, 181, f. 46—55.)

Inc.: „Tantum abest ut verbis explicare possimus quam magnas gratias respublica christiana Deo optimo agere debeat . .“

Consilium istud saepius excusum (V. 'Brown Fascicul. rerum expetendarum et fugiendarum', Londini, 1690, vol. II, p. 230—236) ideo retuli quod actis in concilio tridentino inscribatur. Additur foliis 56—65 oratio eorundem, ut puto, cardinalium pontifici de curiae romanae emendatione, contra rerum compositionem ab eiusdem datario propositam, quae incip.: „Vix dici potest, beatiss. pater, quam magna animi sollicitudine laboremus . . .“ Idem argumentum foliis 66—80 excusum in oratione Paulo papae III, sub titulo: 'Sixti IV pontificis compositionum defensio', quae incip.: „Cum multa, Paule optime, pro christianae reipubl. salute et ornamento a te fuerint cogitata, prudenter ac divinitus instituta“ **1029.**

Jacobi Sadoleti oratio ad principes et populos Germaniae, ut a lutheranis erroribus abhorrentes in germana verae ecclesiae fide consistant. (L IX, 181, f. 111—141.)

Inc.: „Maxime erat optandum, principes populique Germaniae, ut nos cuncti qui christianam fidem profitemur . . .“

Orationis sine nomine auctorem ex eius verbis f. 122 infero: „Quibus ego gravaminibus sive adeo postulatis in conventu publico Augustae annis abhinc decem circiter editis, cum ego tunc abessem ab hac urbe, atque in ecclesia mea carpentoractensi residerem . . .“; annum vero ex verbis „propinquo in conventu Vicetiae“ (indicto mense octobr. 1537). **1030.**

1538.
8 februarii.

Summarium *ligae* inter Paulum III, Carolum V et Venetos contra Turcas. (I. VII, 417, p. 406—407.)

Inc.: „Pontifex promittit in expeditione tam offensiva quam defensiva facienda contra Turcas . . .“ Romae, 8 februarii, 1538.

Edita *liga* in 'Annales Baronii', 1538, p. 470—471.

Capitulis statutum quid aeris, equitum peditumque, triremium a singulis foederatis expeditioni in Turcas tribuendum sit, quid a statibus qui *ligae* accedent; capitaneos generales renunciandos, terrestrem Urbini ducem, navalem Andream Doria; victualia ex locis, ubi exercitus habet castra, sumenda; lites pontificis arbitrio componendas. **1031.**

17 iunii.

Carolus imperator in protectionem et *salvamguardiam* specialem recipit monachos ordinis Montis Oliveti et eorum bona, poena statuta in eos qui damna dictis monachis intulerint, decem marcarum auri puri. (Zan. L. 190, f. 431.)

Inc.: „Etsi cesarea benignitate nostra omnes subditos nostros, quos sacrum ambit imperium . . . Apud Villamfrancam Nicee, 17 iunii, 1538.“ **1032.**

Orationes ac notitiae de rebus imperii, sumptae ab epistolis (dispacci) quas legati ad conventum nicaeensem Nicolaus Teupolus et Marcus Antonius Cornelius senatui veneto obtulerunt. (I. VII, 1235, f. 27—43.)

1. Oratio de pace ad Carolum imperatorem inc.: „Mi è, cesare invittiss. di summo contento il parlar della pace . . .“ f. 27. — 2. De actis a Carolo V, ac de iis quae coniiciendum erit acturus, f. 30. — 3. Quae Paulus papa III cum venetis legatis de induciis a Carolo V et Francisco rege initis disputaverit, f. 33. — 4. Quo modo veneti oratores pontificem hortati sint ut pacem inter imperatorem et Galliae regem componendam curaret, f. 35. — 5. Oratio Caroli V coram in conventu nicaeensi habita, de pace cum rege Galliae et de bello

in Turcas, f. 37—39. — Eiusdem cum venetis legatis colloquium de pactis conciliationis cum rege Galliae, f. 41—43.

Relationem conventus nicaeensis senatni veneto a Nicolao Teupolo datam leges in 'Thesoro politico' Coloniae 1593; 'Philippi Honorii Thesaurus polit.' (cum versione latina.) Francofurti, 1617, p. 477—500; 'Dumont', IV, II, p. 172. **1033.**

1539. Documenta quae pontifex Paulus III aptiora putat ut caesar rem in Germania publicam feliciter gerat, per Marcellum Cervinum de Montepessulano in Hispaniam anno 1539 delata. (I. V, 62, f. 251—267.)

Inc.: „Sono molte cause per le quali mossa la santità di nostro signore è di costante opinione . . ."

Commentario duobus supra triginta capitulis digesto pontifex instat: a. comitia Francofurti inita facienda; — b. de Saxoniae electore diffitendum; — c. Lutheranos ad tempus catholica *liga* excludendos; — d. hos nullo modo ferendos ne quid detrimenti imperium patiatur; — e. *nihil nunquam nebulosius esse actum quam quod actum est per lugdunensem et regis commissarios in eis comitiis;* — f. foedus catholicum augendum; — g. in regis Romanorum ditione hispanos et italos milites congregandos, ad expeditionem turcicam paratos; — h. cavendum vel per legatos, vel alio modo ne lutheranismus Poloniae fines excedat, neve caesaris soror Maria lutheranis clam faveat. **1034.**

1540. 21 septembris. Caroli V. edictum (itale versum) in haereticos praesertim anabaptistas. (I. XI, 143, n. 19.)

Inc.: „Alli miei amati et fedeli cancellier . . . Ancorchè per provedere debitamente alli errori, abusi et heresie, le qual da longo tempo . . In Bruselle, 21 settembre, 1540." **1035.**

4 octobris. Eiusdem decretum (itale) contra haereticos, aere alieno gravatos, monetas imminuentes, contractus illicitos exercentes, quos poenis opportunis puniri praecipit. Praeterea de controversiis

inter iudices ecclesiasticos et laicales, testamentis, notariis, stipendiis, matrimoniis occultis, delectu officialium rei publicae. (I. XI, 143, n. 20.)

Inc.: „Carlo per la divina . . . Essendo noi al presente venuti nelli nostri paesi da basso per provedere et mettere ordine . . . Bruselle, 4 ottobre, 1540. **1036.**

1540.
mense octobris.

Summarium legationis germanicae, seu *relatio* quam Petrus Mocenigo orator coram senatu Venetiis habet. (I. VII, 1231, f. 242—247, 261.)

Inc.: „Io mi sforzerò, principe sereniss., exponer a vostra serenità le cose che mi pareno degne di scientia, di quelle di questa mia legation de mesi 28 . . ottobre, 1540."

Orator, cuius electionem historici nostri ad diem 26 maii 1537 referunt, anno 1538 Venetiis cum filio discessit, uti ex prooemio: „Ai 9 di marzo del 1538 io mi partii di questa terra et gionsi a Genova a 24 aprile." Auriae navigio inde profectus Nicaeam contendit, quo loco, mense iunio cum imperatore convenit. Dehinc per Massiliam et Provinciam, Hispaniam accedit. Demum Gandavi illum excipit (28 april., 1540) Franciscus Contarenus successor (7 aug., 1539). Momenta praecipua relationis iis resumuntur: Conventus Nicaee — Hispaniae geographica, statistica, politica descriptio — Minuta caesaris effigies, non tantum qua corpus, sed qua ingenium, habitus, mores attinet. — Sub fine auream catenam dono datam pretii quatuor centum ducatorum poscit a senatu sibi concedi. **1037.**

29 octobris.

Carolus imperator Venetos deprecatur ut septuaginta quinque millia ducatorum, regi Romanorum iamdiu debita, cito eius legato Didaco Urtado de Mendoza numerent, quod ea summa idem rex suo regno Hungariae recuperando egeat. (L. X, 309 n. 47.)

Versio incip.: „Già sapete come noi havemo renuntiato et deputato al seren. re de Romani.. li 100^{m}. ducati delli 200^{m}... Bruselle, 29 ottobre, 1540." **1038.**

1540—1541. Franicsci, Contareni veneti ad caesarem legati, epistolae ultra octoginta senatui veneto datae ex Gandavo, Antuerpia, Meclinia, Bruxellis, Brugis, Haga comitum, Traiecto, Valentiana, Namurco, Lucemburgo, Divoduro, Spira, Nuremberga, Ratisbona, Oeniponto, Tridento, a die 28 aprilis, 1540 ad 13 augusti, 1541. (I. VII, 802, f. 144—193.)

Orator (idem qui annis 1534—1536 ad Ferdinandum regem) mense martio vel incipiente aprili 1540 verosimilius electus (epistolae quaedam ab initio desiderantur), Gandavi cum praecessore Petro Mocenigo, Marino Justiniano et procuratore Antonio Capello, illo ad Ferdinandum, hoc extraordinario ad Carolum V legatis, caesarem et Ferdinandum fratrem convenit. Paulo post Mocenigo et Capello aureo torque donati per Gallias Venetias contendunt, Justinianus Ferdinandum ad diaetam spirensem comitatur. Cum caesar Gandavensibus numero tercentis quinquaginta nudipedibus, subucula tantum indutis, fune ad collum alligata, sibi pro tribunali sedenti veniam impetrantibus eam indulserit, capite aliquibus obtruncato; castrum in media urbe, ecclesia s. Bavonis (cuius sacra lipsana in ecclesiam s. Joannis delata) eversa, construi iubet aere urbis, opera cuiusdam Donà fabrorum tignariorium Corcyrae magistri. Senatui relatis adduntur: de imperatoris querela quod Venetorum plures Luthero faverent; eius triumphali ingressu Hagam comitum, Nurembergam, Ratisbonam; iuribus in ducatum Gheldriae; ingenti aeris vi ex Belgii et Hollandiae provinciis per eum exacta; quomodo frequentes podagrae dolores caesarem impediant quomodo vel id petentes alloquio admittat, vel res expediat, vel Valentianae festum aurei velleris in aedibus d. Pauli celebret. Narrat praeterea legatus quid in bimestri colloquio Vormatiae ab Eckio pro catholicis, Melanchtono pro protestantibus disputatum sit; quomodo Ratisbonae continuatam concertationem Eckii tertiana interceperit, conciliatione inter partes minime obtenta. Viros summos Venetias adeuntes commendat; Nurembergam describit; refert de visitatione cubiculi Erasmi Roterodami; machinationem ad aquas sublevandas a se Brugis inspectam Venetiis imitandam proponit, aqua pota-

toria ex maiori Medoaco (Brenta) per canales subterraneos in lacunam derivata. Fratrum Marci et Philippi mortem conquestus, itinerum defatigationem ac aetatem ingravescentem incusans, pluries rogat revocari, donec senatus mense decembri anni 1540 Contareno Marinum Justinianum, iam ad regem Romanorum legatum suffici mandat, qui tamen dimidio augusti anni 1541 nondum ad aulam accesserat. Undecim extremis e Ratisbona epistolis subscribit quoque Franciscus Sanudo, Marino Justiniano successor ad Ferdinandum datus. **1039.**

1540—1545. Plura sparsim de occupatione Marani. (I. VII, 783, f. 328, 334—337; 785, f. 275, 279—280.)

Legatus caesaris Venetiis ubi intellexit Maranum iam a Beltrame Sanchia, anno 1540 ad finem vergente, occupatum, diebus 2 et 4 ianuarii, 1541 conqueritur reipublicae, praesertim quod rumor increbuerit consultationes ea de re Venetiis habitas in domo Luciae Vicentinae, paraeciae s. Joannis novi (in oleo). Instat ut respublica Marano recuperando imperatorem adiuvet: postridie rem urget: mittantur e Venetiis qui Maranum adeant: commeatus et epistolarum commercium ad eum locum non prohibeatur; si Veneti intentionem Marani occupandi communicassent, se paratum (dummodo imperatori simulacrum marmoreum prope pontem Rivoalti erigant) pretium solvere: his non obstantibus, quaeque illum adhibiturum ut Maranum ab Austriae archiduce Veneti habeant. Querelas die 4 ianuarii anni 1545 denuo senatui iterat legatus caesareus.

Codice 296, classis VI mss. italorum, f. 12 inest exemplum verborum gallicorum quae continet instrumentum quo rex Galliae Petro Strozzi Maranum largitus est anno 1543. **1040.**

1541.
28 februarii. Bernardus Urbanus refert Hermanno Cruyserio ad Galliarum regem oratori clivensi de Petro Paulo Vergerio in lutheranismum prono. (L. IX, 68.)

Inc.: „Quum non ita pridem Vormatiae resarciende religionis gratia ageremus, relatum est mihi eo loci d. a Grandvelle et plerosque alios subornasse falsam . . Ratisbone, 28 febr., 1541."

Auctor praesens dietae vormatiensi, die 14 ianuarii huius anni inceptae, falso putat lutheranismi notam Vergerio inustam. **1041.**

Conventus ratisbonensis (1 aprilis usque ad finem iulii).*

(1042—1045.)

Responsiones quae iudicio meo (nempe Casparis cardinalis Contareni ad conventum ratisbonensem oratoris) videntur posse fieri ad interrogata nomine sanctiss. domini nostri super materia germanicae nationis et extinctionis haeresis. (L. IX, 181, f. 93—96.)

Inc.: „In primis videtur mihi rogandum et exortandum esse cesarem per sanctiss. dominum nostrum, etiam . . ."

Auctor instat decreta in conventu vormatiensi revocanda, spirensem impediendum. De eo sic in 'Annal. eccles.' Lucae, 1755, vol. XIII, p. 567: „Contarenus qui caesari valde gratus erat, etiam post pacem a Venetis cum Turcis sancitam, et qua ratione cum Germanis agendum esset apprime callebat, amplissima potestate a pontifice instructus est ut haereticos ad fidem catholicam pelliceret." **1042.**

1541.
28—30 aprilis.

Casparis Contareni Alexandro cardinali Farnesio duplex epistola Ratisbonae data qua de actis in conventu ratisbonensi, caesare, Echio, archiepiscopo moguntino, aliisque minoris ponderis. (I. XI, 86, f. 1—5.)

Prima inc.: „Per l'altre mie alligate a queste di questo medesimo giorno . . . 28 aprilis"; altera: „Havendo per li qui alligati scritto quando v. s. reverend. vedrà, con questa gli

diró . . 30 aprilis.“ Utrumque edidit Quirinus in ‘Epistolarum Reginaldi Poli’, Brixiae, 1748, part. III, p. CCLIII — CCLVI, ex codicibus ms romanis. **1043.**

1541. 1 maii. Agitata in ratisbonensi conventu anno 1541 *de iustificatione, fide et operibus.* (L. IX, 181, f. 98—110.)

Duplex tractatio quarum quae incipit: „Accepi litteras tuas que mihi fuerunt gratissime tum quia docte et ingenue“ auctorem habet Casparem Contarenum. Eam habent editiones eius operum parisiensis (1571, p. 588—596), veneta (1589, p. 588—596), ut et collectio epistolarum Reginaldi Poli (Brixiae, 1748, par. III, p. CIC — CCXXI. Singulare est quod exemplar editionis parisinae, Jacobi Contareni testamento in scrimnia bibliothecae palatinae Venetiarum anno 1595 inlatum habet emendationes manu exaratas quas posterior veneta. Typis editis tamen deest prooemium epistolae cuius dedi initium: eapropter incipit opella: „Quoniam in omni disputatione primum oportet disquirere ac plane percipere.“ Altera tractatio incip.: „Nulli christiano dubitandum est post lapsum primi parentis, omnes homines..“ **1044.**

27 iulii. Statuta et conventa sub fine diaetae, uti appellant, ratisbonensis, ab imperatore edicta. (I. VII, 873, f. 44—73.)

Inc.: „Nos Carolus . . recognoscimus . . quum nos cesareo nobis cum animo sepe summaque cura, diligentia ac necessaria sollicitudine . . Ratisbone, 27 iulii, 1541.“

In generali congressu electorum, principum, praelatorum, comitum, baronum, oratorum civitatum imperii et mandatariorum Caroli V imperatoris nomine, captum ut ea de quibus a theologis catholicis et protestantibus dissensum est, decisioni futuri concilii vel synodi nationalis germanicae, vel diaetae imperii intra menses octodecim celebrandae subiiciantur. Praeeunt enarratio rerum a Carolo gestarum in reipublicae christianae emolumentum, nec non expositio causarum, quibus supereminent Turcarum reprimendorum necessitas, pax Europae universae concilianda,

sua religioni libertas ac tutela restituenda. Tota tractatio manu coaeva latine exscripta tribus super octoginta capitulis distribuitur; germanice autem edita est a Joanne Christiano Lünig in 'Des Teutschen Reichs-Archiv', Leipzig, 1713, vol. I, p. 644—661: sic autem incipit: „Wir Carl der Fünft . . . Bekennen und thun kundt allermänniglich, nachdem wir in unserm kaiserlichen Gemüth zu mehrmalen . . ." **1045.**

1541.
mense iulio.

Negoziato di lega et di pace fra l'imperatore Carlo V et Francesco re di Francia, con altre particolari proposte di monsignor Ardinghello, nunzio di Paolo III a quella corona. (I. VII, 528, f. 247—268.)

Inc.: „Sire. La santità di nostro signore mi ha commesso che io saluti et benedica in suo nome la maestà vostra . . ."

Nicolaum Ardinghellum, Alexandri Farnesii cardinalis a secretis Paulus papa III ad Franciscum Galliae regem anno 1541 consulto mittit ut Georgium austriacum, patruum caesaris, archiepiscopum Valentiae, captivum in libertatem vindicaret, specie vero rerum pacis et concilii tractandarum. Legatus tribus, uti vocant, *audientiis* negotium pertractat: prima disserit de pacis cum Carolo V emolumentis, deque eam impellentibus causis; altera de induciis servandis et de archiepiscopo valentino; tertia de concilio coegendo, terna proposita urbe, Ferraria, Mantua, Cameraco.

Tractatum *de negotiatione sua pro pace incunda inter Carolum V et Franciscum regem*, Romae in tabulariis burghesianis latere asseruit capite XVI libri IV suae 'Istoria del concilio di Trento' Sforza Pallavicinus, qui materiam hanc fusius pertractavit. Ex tabulariis parisiensibus edidit primo, cum versione gallica, non sine mendis, Nicolaus Tommaseo in 'Relations des ambassadeurs vénitiens'. Paris, 1838, tom. I, p. 3—117. **1046.**

1541.
ante octobrem.

Marini Justiniani, *relatio* suae ad regem Romanor. Ferdinandum legationis Venetiis in senatu habita. (I. VII, 873, f. 294—341.)

Ins.: „Tra le buone institutione delle quali i nostri santissimi precessori . ." Ante mensem octobris, 1541.

Cum Eugenius Alberi hanc relationem volumini secundo primae seriei: 'Relazioni' ec. Firenze, 1840, p. 117—158, inseruerit, non refert enarrare quae orator senatui communicat de Germaniae provinciis; de familia Caroli V imperatoris; fidei concertationibus inter catholicos et protestantes; eorum principum in religionis negotio nutantibus sententiis; pace cum Joanne Hungariae rege; iis quae probabilius in Germania eventura autumat. Id tamen animadvertendum venit lectionem codicis praeferendam ob nomina quae editor florentinus, teutonicae linguae certe ignarus immutata dedit, aut quae indolem venetam non sapiunt, ut cum scribit *ingozzata* (p. 122) pro *hausto* (sic) latina voce in codice adhibita. Adde quaedam in impresso desiderari quae in codice rei historicae fusius declarandae mire inserviunt.

Justinianus mense decembri anni 1540 ad caesarem orator Francisco Contareno suffectus, post augustum proxime insequentis anni legationem ad Ferdinandum adit, mense octobri eius anni moritur. **1047.**

1542.

Nicolaus Ardinghellus, nomine cardinalis Alexandri Farnesii, episcopum niceensem, pontificium in Gallia legatum edocet de actis apud caesarem pro pace cum Galliae rege concilianda; nec non de auxiliis conlatis quoad occupationem ducatus mediolanensis, belgicas provincias duci aurelianensi tribuendas, captivos hispanos, maxime archiepiscopum valentinum, relaxandos, aliaque eiusmodi. (I. XI, 86, f. 46—55.)

Epistola inc.: „Alli 12 del presente arrivò il Montepulciano essendosi partito dalla corte della maestà cesarea alli 27 del passato . . Roma, 21 febbraio, 1542." **1048.**

1543. Exemplum instrumenti inter caesarem et ducem Wilhelmum ducem Cliviae et Juliae, ante oppidum Venloe, 1543. (I XI, 143, n. 22.)

Cum Wilhelmus Carolo caesari se submittens supplicaret ut illi omnem offensam condonaret, eumque in suam gratiam reciperet, terras suas haereditarias ac subditos, intercessione principum, denuo recuperat, conditionibus tamen appositis de renuntiandis in perpetuum ducatu Gheldriae et Zutphaniae, castro Aremberg, oppido Amersfort ac dominio Rauenstein. **1049.**

1543—1545. Epistolae ultra biscentum quas veneti ad Romanorum regem legati Bernardus Naugerus et Dominicus Maurocenus senatui veneto dant, a die 17 septembris ad 25 decembris anni 1545. (I. VII, 992, 993.)

Uterque codex, ille pluribus, iste, cui authenticum regestorum characterem indiderim, una manu conscriptus habet litterarum repetitum exemplar.

Naugerius die 14 iulii orator in senatu dictus, commissione Carpineti in itinere die tantum 14 septembris, 1543 excepta, per Tridentum, Memmingam, Montem Hannoviae, Valencianam Bruxellas contendit, quo loco pluries cum caesare convenit. Mense ianuario anni 1544 per Vormatiam et Coloniam, imperatorem ad Spirae conventum comitatus, senatum de actis in comitiis edocet, ac praecipue de bello ab imperii principibus in Galliam pacto. Idem praestat a die martii undecima ad nonam iunii eiusdem anni, una cum Dominico Mauroceno, qui regem Romanorum ad conventum sequutus fuerat. Die decima iunii Carolum Spira Divodurum versus recedentem consequitur Naugerus, qui ab ea die usque ad dimidium maium anni 1545 dat Divoduro, Mursiponto, S. Desir, Cameraco, Crepy, Gandavo, Bruxellis, Meclinia, Antuerpia, Colonia agrippinensi, senatui epistolas, quibus quae bellum, vel imperii cum exteris principibus nexus propius attingunt referuntur. Carolo et Ferdinando die 16 maii Vormatiam solemniter ingredientibus, Naugerus et Maurocenus principum comites, coeuntes, hinc una senatui dant ad extremum iulium

litteras. Mauroceno die trigesima iulii cum rege Vormatia discedente, quae supersunt, epistolas unus Naugerus ex Vormatia, Colonia, Bruxellis, Meclinia, Gandavo, Brugis, Antuerpia, Silva ducis conscribit. De caetero litterarum datarum segetem non absolutam puto quod Naugerus in *relatione* insequenti quatuor supra triginta mensium legationem innuat. **1050.**

1544. Panegyrica oratio in honorem Caroli V imperatoris anno 1544 habita. (I. VII, 873, f. 2—3; XI, 143, n. 24.)

Inc.: „Non si può già negare, anzi confermar bisogna, che da Augusto sin qua non mai sia stato . . .", finit: „poi che in voi, per voi et sopra voi si farà un sol pastore et uno ovile."

Auctor Caroli gesta depraedicat in eoque totus est ut incusationes ei datas tanquam imperium universum inhianti refellat, iis in medium allatis quae pro religione tuenda, pace Italiae servanda et Turcis ab eius finibus deterrendis gessit. **1051.**

Discorso di m. *Claudio Tolomei* sopra quello che potesse fare Paolo III par salute di se, delle cose sue et dello stato suo, l'anno 1544. (I. VIII, 9, folia 30.)

Inc.: „In tutti i tempi devono i prencipi savj con maturo consiglio discorrer le cose loro et prudentemente risolversi. . ."

Auctor id sumpserat demonstrandum bello inter Carolum caesarem et Galliae regem nefas pontifici neutri parti adhaerere, quin potius eum gravioribus momentis adduci ut a Francisco I. staret. Pax eo temporis inita sermonem, quem caeterum auctoris fama, acre iudicium, sententiarum libertas ac vis eloquii commendant, est frustata. Animadvertendum quod aequo nimis pontifici in principum status dominii tribuatur. Opellae etsi ineditae plura extant in bibliothecis exempla. **1052.**

Acta super gravioribus finium dissidiis inter Toblacum (Toblac) ditionis austriacae et Aurontium venetae in Cadubrio. (I. VII, 1008, f. 3—36.)

Documentis partim authenticis, f. 3—20 utrinque oblatis, adduntur a. instrumentum concordiae inter commissarios Sigismundi comitis Tyrolis et Nicolai Troni ducis Venetiarum, Braunekii factae die 22 iulii, 1471, consentientibus procuratoribus monasterii in Symerburg, dioecesis brixinensis, ad quaestiones inter communitates Ampitii et Marebii super finibus cum Venetis, radicitus removendas, f. 21—23; b. summarium iurium productorum hinc inde ex processu actitato, occasione confinium montis de Misurina, inter subditos dominii veneti de Aurontio Cadubrii ac subditos regios de Doblaco, coram iudicibus delegatis in anno 1544, p. 24—33. **1053.**

1544.
24 augusti.

Pauli papae III admonitio Carolo V imperatori. (L. XIV, 79, f. 153—186; 171, f. 216—223.)

Inc.: „Carissime fili . . . Ex edicto maiestatis tue acta conventus tui spirensis cognovimus, de quibus cum nostram sententiam dissimulare . . . Datum Rome, apud s. Marcum, 24 augusti, 1544."

Carolus imperator cum in spirensi conventu quaedam cum lutheranis tractasset quae dignitati et auctoritati sedis apostolicae adversabantur, pontifex has litteras sub forma brevis caesari scribit, reprehendens quod laicus de spiritualibus iudicasset, quod sedis apostolicae tantum sit de rebus religionis definire. Exempla offert ex scripturis et historia profana quibus evincatur reges manus religioni admoventes vel violenta, vel ignominiosa morte obiisse. Sub fine Deum adprecatur caesarem ab iniquarum conciliis revocet. Raynaldus in 'Annal. ecclesiast.', Lucae, 1755, tom. XIV, p. 70—73, diversas prorsus litteras monitorias recitat. **1054.**

25 augusti.

Responsum Caroli V imperatoris litteris Pauli III papae convocatoriis ad concilium tridentinum celebrandum. (L. XIV, 230, f. 130—141.)

Inc.: „Reddidit nobis nuntius sanctitatis vestre exemplum bulle quam calend. iunii proximis . . . Datum in oppido nostro Montisoni, die 25 augusti, 1542."

Paulus papa III bulla undec. calend. iunii Romae data (quae in codice legitur, p. 120—130) concilium tridentinum indixerat a calendis novembris proximis celebrandum. Caesar cui invitationis epistola data est, postquam pontificis studia in reipublicae christianae concordiam, principum conciliationem, morum et religionis integritatem laudasset, se quoque in ea incubuisse toto homine affirmat. Concilium tamen neutiquam coagendum putat, nisi antea tot christianitatis calamitatibus medella adhibeatur, pax et tranquillitas universo restituatur orbi. **1055.**

1544.
18 septembris.

Summarium articulorum pacis initae inter caesarem et Gallorum regem, de anno 1544. (I. VII, 417, p. 407—414.)

Inc.: „Che sarà fra li sudditi principi, loro successori et sudditi pace . . . Crespy, 18 settembre."

Articulis quinque supra quinquaginta actum de locis post inducias niceenses bello quaesitis mutuo restituendis, vadibus dandis, bello in Turcas, subditis mutuo redintegrandis, nuptiis ducis aurelianensis cum caesaris filia natu maxima, vel secundo loco genita fratris Ferdinandi, denique de accessione principum eidem tractatui. **1056.**

Concilium tridentinum (1057—1104).

1545—1563.

Concilii tridentini versio itala presbyteri Andreae Bianchini veneti, in utroque iure doctoris. (I. II, 7, folia 465.)

Auctor volumen a se exscriptum, corio rubro vitulino auro ornato basilice compactum dedit a. 1774, epigraphe operculo superiori inscripta: *ser. venetae reipublicae opus pontificio diplomate com-*

mendatum; inferiori: *Orthodoxiae robur ac firmamentum.* Sub fine leguntur, ut in editis, bullae pontificum, nomina concilium adeuntium, index sessionum. Rudem stylum sic tuetur auctor in principio: „Debbo poi liberamente confessare di non aver istudiato eleganza di stile, nè sceltezza di parole, poichè trattandosi d'un libro di tanta gelosia ed importanza, ho creduto meglio attenermi scrupolosamente alla lettera.“ **1057.**

Senatus venetus proprio Romae legato significat desideriis cardin. Sforza Pallavicini petentis propriae *concilii tridentini historiae* venditionem Venetiis permitti, obstandum, quod auctor reipublicae venetae ac nominatim Paulo Sarpi iniuriam ingerat. (Riserv. 91.)

Inc.: „Avemo in vostre lettere una distinta particolar relazione delle istanze fattevi e dei desiderj del p. Sforza . . . 22 giugno, 1658, in Pregadi.“ **1058.**

Notae sexaginta quatuor morales, censoriae, historicae ad inscriptionem, epistolam ad lectorem, approbationem et capita tredecim introductionis ad *historiam concilii tridentini* p. Sfortiae Pallavicini, Stanislai Felix coloniensis opera typis evulgatae (1664). His additus est libellus continens discussionem quatuor iudiciorum iam impressorum de eadem p. Pallavicini *historia*, una cum incommodis ab ea romanae ecclesiae illatis ac inferendis, ac illius pariter commodis, quam subsequitur exceptio contra accusationem *historiae Petri Soave polani*, eiusdem accusationis confutatio. (I. V; 15, f. 1—60.) **1059.**

Antonii Milledonne. Historia del concilio di Trento, e prima un ristretto di tutti li concili generali. (I. V, 4, folia 285; 5, folia 189; 47, folia 78; 84, p. 1—117; 115; VII, 1790, p. 219.

Operis occasionem et indolem auctor sic indicat in prooemio: „Poichè non posso mancare di obbedire a quei signori i quali amo et reverisco sommessamente, che mi hanno comandato a scrivere l'istoria del sacro concilio celebrato in Trento

(quella però del tempo che vi sono stato segretario con li clarissimi ambasciatori della seren. signoria di Venezia) io la dividerò in due libri. Nel primo si tratterà sommariamente delli concili che sono stati fino al presente, nel secondo di questo ultimo di Trento. Et perchè questa seconda parte è il principale soggetto, interserirò in essa l'historia universale di quelle cose che sono occorse in tal tempo, degne di memoria . . . Se non vi sarà purità della lingua, vi sarà certo la verità delle cose, havendo io havuto commodità di saperle, nè essendo in me passione . . ." Liber secundus inc.: „Crescendo tuttavia la setta di Lutero, et essendo già gran parte della Germania . ."

Hoc compendium citat errate Curayer in prooemio versionis gallicae historiae concilii trident. a Paulo Sarpio. Codex penultimus habet fragmenta eius historiae cum additamentis historicis manu fratris Pauli Sarpii, qui librum in suos usus convertit, historiae concilii tridentini exarandae. Exemplum secundum fusius datum ac in textu originali. Bina exempla saeculo decimoseptimo exscripta. Sub fine ultimi codicis p. 171 — 219 extat vita auctoris ab anonimo a secretis concilii decemvirum exarata. **1060.**

Historica et formalis descriptio totius oecumenici concilii tridentini, per *Joannem Baptistam Fiklerum*, eo temporis Joanni Jacobo (Khüen de Belasy) archiepiscopo salisburgensi, sedis apostolicae legato a secretis ad idem concilium. (I. X, 166, f. 1—14.)

Index actorum concilii tridentini, manu eadem auctoris. **1061.**

Declarationes quorundam concilii tridentini decretorum ab illustr. et reverend. dominis cardinalibus sacrae congregationis eiusdem concilii. (L. IV, 75, folia 556.)

Exposita respondent instar annotationum verbis aliquot capitulorum sessionum quartae usque septimam, decimae tertiae, decimae quartae, vigesimae primae usque vigesimam quintam. Materies fere tota *de reformatione* non congruenter exhibita

est, ita ut sessio quarta usque septimam foliis 1—53, decima tertia et decimaquarta 54—81, vigesima prima usque vigesimam tertiam 82—215, vigesimaquarta 217—397, extrema 398—556 comprehendantur. **1062.**

1546—1547. *Francisci Romaei Castillionei*, magistri generalis ordinum praedicatorum animadversiones in *consultationes germanicas super negotio religionis* caesari exhibitas qua occasione (puto) Romaeus, nutu pontificis, ad synodum tridentinam anno 1546 se contulit, ibique usque ad prorogationis declarationem remansit. (L. XIV, 58, f. 218—221.

Inc.: „In primis offendor in prologo cum dicit sic in titulo de ceremoniis: *si quid forte irrepsisset, quod causam daret superstitioni . . .*“ **1063.**

1560—1564. Veneti senatus epistolae fere centum equitibus Nicolao a Ponte et Matthaeo Dandulo ad concilium tridentinum legatis, a die 2 martii, 1560 ad 6 octobris, 1564 datae, de rebus idem concilium spectantibus. (I. VII, 1657, folia 186.)

Iis interseruntur epistolae latinae quaedam ducis Venetiarum ac italae eiusdem senatus legato veneto Romae. **1064.**

1561—1564. Exempla epistolarum latinarum et italarum quas dederunt Pius papa IV, Ferdiuandus I imperator, Carolus Gallorum et Philippus II Hispaniae reges; cardinales Ludovicus Simoneta, Carolus Boromaeus, Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripando, Carolus a Lotharingia, Hieronymus a Morone; episcopi Carolus Vicecomes et Paulus Giovius; oratores comes lunensis et Melchior Lassi: item consultationes, decreta, explicationes, monita, narrationes historicae; omnia de re concilii tridentini. (I. V, 16, f. 1—269.)

Codex noster, saeculo decimoseptimo exscriptus ex codice olim apud Petrum Gradonicum Venetiis, de quo fusius Fusca-

renus in *Letteratura veneziana*, sub initio quarti libri. Horum maximam partem habent codices 48us et 49us eiusdem classis. **1065.**

1561—1562. Caroli Vicecomitis epistolae vigintiquinque Carolo cardinali Borromaeo Romam datae Tridento a die 2 octobris, 1561 ad vigesimamnonam ianuarii, 1562 (itale) de re concilii, sessionum historiam contexentes. (I. V, 16, f. 168—226; 49, f. 2—62.)

Codici extremo desunt duodecim epistolae quae primo insunt. **1066.**

1562. 18 februarii. Carolus Gallorum rex nuntiat patribus in sacro concilio tridentino congregatis victoriam *in scelestos religionis osores*, hortaturque dent operam emendationi morum ac disciplinae in ecclesia ut sui regni procellae placentur. (I. V, 16, f. 228—230; 49, f. 207—209.)

Inc.: „Non dubitamus, sanctissimi patres, quia nobis chariss. nostrique amantiss. consobrinus noster cardinalis Lotharingie .. Datum in civitate Carnutorum, 18 februarii, 1562." **1067.**

8 martii. Ferdinandus imperator conqueritur cum Pio papa IV, *nil proponi aut tractari* in concilio quod a romana curia speciatim haud imponatur, ac ob id quidam sectarii iniuriam maiestati caesaraee faciant. (I. V, 16, f. 3—5; 49, f. 70—71.)

Inc.: „Secundo congressi inter duos nuncios sanctitatis vestre et nos super negotio sacri huius concilii. . . . Eniponti, VIII idus martias, 1562." **1068.**

22 martii. Philippus II Hispaniae rex legato suo Vargas Romae praecipit instet apud pontificem pro continuatione concilii tridentini. (I. V, 16, f. 230—231; 49, f. 210—211.)

Inc.: „Presupuesto pues todo lo suso dicho y el intento que en este punto se eleva y tiene lo que queremos . . . . 22 martii." **1069.**

1562.
2 aprilis.

Instructiones domino de Lausac, aliisque ad tridentinum concilium legatis a Galliae rege datae. (L. IV, 92, f. 411—414.)

Inc.: „Che gli ambasciatori subito che fossero arrivati a Trento, domandassero et instassero . . . 2 aprile, 1562."

Legati octodecim articulis ea urgent praecipue quae integram libertatem, minime pontifici et Romae obnoxiam, attingunt. **1070.**

14 maii.

Carolus cardinalis *Borromaeus* commendat concilii tridentini legatis Carolum Vicecomitem, ad concilium qua sui vicem gerentem missum. (I. V, 16, f. 16; 49, f. 89—90.)

Inc.: „Monsignor Visconte exhibitore oltrechè è prelato domestico di nostro signore... Roma, 14 maggio, 1562." V. num. 1076, 1092. **1071.**

26 maii.

Guidonis de Faur, domini de Bibrac, legati galli oratio dicta in congregatione generali concilii tridentini. (L. IV, 92, p. 431—441.)

Inc.: „Voi havete, signori, nelle lettere che vi habbiamo presentate per parte di sua maestà cristianissima... 26 maggio, 1562."

Ubi orator merita regis Galliae in concilium coegendum laudavit, urget pacem inquirendam et ecclesiam in membris reformandam.

Textum latinum lege in 'Oratio habita a Guidone Fabro'. Ripae, 1562, 4°. quae incip.: „Legationis nostrae, patres amplissimi, habetis . . ." **1072.**

7 iunii.

Postulata a legatis caesareis in concilio tridentino quoad reformationem, nomine imperatoris, articulis viginti. (L. IV, 92, f. 415—416.

Inc.: „Che il concilio comincii dalla riforma delli costumi, e primieramente da quella della corte di Roma . . . 7 giugno, 1562."

Habes latine in 'Concilium tridentinum' Patavii, 1563, hoc initio: „Constitutum nobis oratoribus . . ." **1073.**

Melchior Lussi orator helveticus, dum merita Helvetiorum in ecclesiam, patribus concilii depraedicat, instat ut omnem operam ponant ad eam repurgandam. (I. V, 16, f. 107—109; 49, f. 335—339.)

Inc.: „Quando tanto turbine atque intemperie, illustr. rev. patres, omnia nunc sacra profanaque, summa cum ignominia . ." **1074.**

1562. mense iulio.

Hispaniae rex Ferdinando de Avalos, marchioni Piscariae significat quid illi agendum in factis continuationis concilii et residentiae praelatorum (ab hispano itale). (I. V, 16, f. 1—2; 49, f. 66—68.)

Inc.: „Ancora che si sia ricevuto la vostra lettera di XI di giugno, non se risponderà per hora . . ." (puto sub initio mensis iulii, 1562.) **1075.**

1 iulii — 5 decem

Caroli cardin. *Borromaei* epistolae quatuordecim Romae datae, a die 1 iulii ad quintam decembris anni 1562 Carolo Vicecomiti Tridentum, de re concilii tridentini (itale). V. num. 1071, 1092. **1076.**

Articuli duodecim de reformatione principum, a patribus concilii tridentini propositi, renuentibus vero principum legatis, minime admissi. (L. IV, 92, p. 451—454.)

Articuli eo tendunt ut clerum principibus saecularibus nulla in re obnoxium praedicent. 'V. Du Pin. Bibl. eccl.' t. XV, p. 328-329. **1077.**

22 septembris.

Questus *Arnaldi Ferrerii* (du Ferrier) legati gallici, in congregatione generali concilii tridentini, die 22 septembris, contra articulos reformationis principum. (L. IV, 92, p. 455—458.) V. 'Du Pin. Biblioth. eccles.' tom. XV, p. 330. V. num. 1082. **1078.**

22 novembris.

Henricus dux brunsvicensis nuntiat Othoni Truchsess cardinali, episcopo augustano, pergrate notitiam accepisse de concilio incoepto, archiepiscopum bremensem invitasse ut cum eo catholicam sententiam in eodem concilio tueretur, Rodulphum Halverum

vicecancellarium suum quamprimum ob id missurum, episcopum hildesmensem commendat, ita ut eius litterarum expeditioni in curia faveat. (I. V, 49, f. 340—341.)

Inc.: „Accepimus ante paucos dies litteras tue dilectionis quas propria manu in causa concilii ad nos scripsit . . . Holnozsdena, 22 novembris, 1562." **1079.**

1562. mense novembri.

Cardinalis Lotharingiae nunciat Brixia legatis concilii tridentini iter suum Tridentum versus ad concilium, cui iidem adventum bene ominantur. Legatorum consultatio quomodo ille excipiendus et quo modo congregationibus admittendus: mense novembri, 1562. (I. V, 16, f. 60—63; 49, f. 254—258.) V. num. 1083. **1080.**

23 novembris.

Gallorum rex patribus in concilio congregatis allegat causas cur distulerit praelatos suos ad concilium mittere; cardinalem lotharingium missum commendat. (I. V, 16, f. 227—228; 49, f. 204—206.)

Inc.: „Etsi ea fuit Dei optimi maximi voluntas ut iam inde ab ineunte etate nos ad tanti huius regni imperium . . 23 novembris, 1562."

Itale edita est in 'Litterae Caroli Gallorum regis'. Venetiis, 1562, 4°. **1081.**

23 novembris.

Arnaldus Ferrerius Galliae legatus orationem in congregatione generali concilii dicit. (L. IV, 92, p. 443—445.)

Inc.: „Noi non habbiamo che aggiongiere o che levare, illustriss. signori e sapientiss. padri, da ciò che avete fino ad ora ascoltato dal sig. cardinale di Lorena . . . Trento, 23 novembrie, 1562."

Auctor urget ecclesiam reformandam, iuxta contenta in scripturis, conciliis et patribus. Eodem codice, p. 446—448 extant excerpta alterius eiusdem legati orationis in idem argumentum.

Edita primum latine in 'Litterae Caroli regis Francorum . .' Brixiae, 1562, 4°. V. num. 1078. **1082.**

1562.
23 novembris.

Cardinalis Lotharingiae oratio episcopis in concilio congregatis, de pace tenenda ac reformatione ecclesiae et morum disciplina provocanda.

Inc.: „Le lettere hora lettevi sono state ordinate dal cristianissimo re Carolo, d'autorità della christianissima regina madre . . . 23 novembre, 1562."

Latinam leges in 'Litterae Caroli regis Francorum' Brixiae 1562, ut et responsum eidem, sanctae synodi nomine, factum a Mutio Calino archiepiscopo iadrensi; denuo in 'Concilium tridentin.' Patavii, 1564, 8°. V. num. 1080. **1083.**

20 decembris.

Claudius Fernandez Quingnogni comes lunensis nuntiat Herculi Pagnano Tridentum, se a Philippo II designatum oratorem ad concilium tridentinum: quid interca illi agendum de residentia praelatorum et continuatione concilii, quam urgeat (ex hispano itale). (I. V, 16, f. 2—3; 49, f. 68—69.

Inc.: „Ho risposto poco fa ad una sua, vengo ora a rispondere all' altra ricevuta li XV del presente . . Augusta, 20 decembre, 1562." **1084.**

1562—1563.

Varia turbate de actis in concilio tridentino annis 1562—1563, quorum magnam partem scripsit manu propria *Rupertus Costaguti*, ordinis servorum s. Mariae, postea episcopus Sancti sepulchri. (I. V, 15, p. 1—320.)

Insunt notitiae historicae, acta in sessionibus, epistolae, orationes, aliaque eiusmodi. **1085.**

Legatorum concilii tridentini epistolae quadraginta Carolo cardin. Borromaeo, Tridento datae annis 1562—1563, de re concilii (itale). (I. V, 16, f. 5—10, 63—101, 119—122; 49, f. 72—79, 258—333, 341—350.)

Legati sunt cardinales Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripandus, Stanislaus Hosius, Ludovicus Simoneta, Marcus Siticus de Altemps. **1086.**

Pauli Jovii episcopi nucerini epistolae quatuor Carolo Vicecomiti datae Tridento diebus 19 ianuarii, 21 februarii, 20 aprilis, 1562; 11 ianuarii, 1563, de rebus concilii tridentini (itale). (I. V, 16, f. 10—15, 29—30; 49, f. 80—89, 110—112. **1087.**

Caroli Vicecomitis episcopi albintimiliensis epistolae viginti tres Tridento, Carolo cardin. Borromaeo Romam, a die 22 octobris, 1562 ad mensem integrum martium 1563 itale datae. Liber secundus, cui interseruntur epistolae cuidam Bendoni. (I. V, 48, f. 56—149.) V. num. 1095. **1088.**

Hieronymi Seripandi cardinalis epistolae quinque Tridento Carolo Borromaeo Romam, a die 16 iulii, 1562 ad 17 maii, 1563, de re concilii datae. (I. V, 16, f. 35—60, 103—107; 48, f. 1—53; 49, f. 211—253. **1089.**

1563. Postulata reformationis cardinalibus in concilio tridentino proposita a Galliae legatis, sub initio anni 1563 (itale). (L. IV, 92, p. 417—424.)

Capitulis 34 ea quaerebantur quae concessa auctoritatem apostolicam omnino everterent. — Ea habes latine in opere: 'Petitiones Caroli noni'. Patavii, 1563, 4°.

V. 'Du Pin. Biblioth. eccles.' tom. XV, p. 278—280. **1090.**

9 ianuarii. *Pius* papa *IV* commendat legatis concilii tridentini ut auctoritatem pontificiam tueantur et a dissidiis in re concilii caveant. (I. V, 16, f. 28—29; 49, f. 109—110.)

Inc.: „Vedrete quanto mons. Borromeo vi scriverà. Noi di più ve dicemo che per questa materia . . Roma, 9 gennaio, 1563." **1091.**

1563.
9 ianuarii.

Carolus cardin. *Borromaeus* iisdem legatis quaedam emendanda advertit in quibusdam canonibus eiusdem concilii, praesertim de primatu papae et residentia praelatorum, super quibus cardinalis Lotharingiae non convenerat. (I. V, 16, f. 26—28; 49, f. 106—109.

Inc.: „S'è atteso tutti questi giorni a pensare come si potesse accomodare la forma del settimo canone . . Roma, 9 gennaio, 1563." V. num. 1071, 1076. **1092.**

20 februarii.

Ferdinandus I. imperator nuntiat iisdem eorum epistolam accepisse; grates agit quod de coronatione filii sui Maximiliani gratulati sint; laudat acta in concilio pro reformatione morum et disciplinae; significabit in posterum per oratorem suum Gregorium episcopum quinquecclesiensem quid agendum in re. (I. V, 16, f. 101—103; 49, f. 334—335.)

Incip.: „Reddidit nobis devotus nobis dilectus Joannes Franciscus episcopus Commendonus vestr. reverent. litteras ad diem 28 proxime elapsi . . . Isprug, 20 febr., 1593." **1093.**

13 aprilis.

Hieronymi cardin. *Morone* oratio dicta cum ad concilium tridentinum accederet, qua occasione loco Herculis cardinalis Gonzaga orator suffectus est. (I. V, 16, f. 262—264.)

Inc.: „Quo in statu sit respublica christiana, patres rever., omnibus perspicuum est . . die Martis, 13 aprilis, 1563."

Edita est sub titulo: 'Verba prolata ab ill. dom. Joanne cardin. Morone.' Ripae, 1563, 4°. V. num. 1097, 1098. **1094.**

Caroli Vicecomitis episcopi albintimiliensis epistolae decem Tridento, cum aliquibus cuidam Bendoni insertis, Carolo cardin. Borromaeo Romam, ab aprili, 1563 (itale). Liber tertius. (I. V, 48, f. 149—196.) V. num. 1088. **1095.**

15 iunii.

Epistola data Bernardo cardinali Naugero oratori ad concilium tridentinum. (I. XI, 94, f. 82—91.)

Inc.: „Assai conosco che rimosse dalla superbia quelle figli-

uole, da vossignoria ill. tanto biasimate, iuvidia et contentione.. Roma, 15 giugno, 1563."

Auctor venetus urget Naugerum ut toto homine potestatem pontificiam *(qua quidem sublata corruit omnis machina)* tueatur, quippe quod salus reipublicae venetae ei cohaeret, atque ob id ingruit in cardinalem Carolum a Lotharingia et Antonium Augustinum episcopum ilerdensem, eam potestatem impugnantes. **1096.**

Hieronymi cardin. *Morone* epistolae tres Tridento datae anno 1563 Carolo cardin. Borromaeo Romam, itale, de re concilii. (I. V, 16, f. 109—114, 128—137. 139—146.) V. num. 1094, 1098. **1097.**

1563.
29 novembris.

Summa rationum adductarum pro fine concilii, in congregatione publica habita Tridenti die 29 novembris, 1563, per cardinalem Moronum. Narratio historica itale ab anonimo data. (I. V, 16, f. 258—262.) V. num. 1094, 1097. **1098.**

Julii Poggiani disputatio de tridentino concilio, quo exacto orator retrospicit quid in eo actum, Deoque grates pro beneficiis exinde ecclesiae collatis dandas asserit. (I. V, 16, f. 264—269.)

Inc.: „Vere hec dies aliam vitam affert, fratres, alios mores postulat, est enim concilii tridentini auctoritate correcta . . ." **1099.**

Agitata in consilio caesareo, praesidentibus Friderico Stafileo, reginae Bohemiae confessore et Drakowits quinquecclesiensi episcopo, super capitulis concilium tridentinum spectantibus, anno 1563 (itale). (L. IV, 92, p. 423—424.)

V. 'Du Pin. Biblioth. eccles.' tom. XV, p. 285. **1100.**

1564—1588.

Elucidationes quorundam locorum concilii tridentini, ab illustriss. dominis cardinalibus congregatis emissae ac concessae diversis episcopis et praelatis. (L. IV, 106, folia 240.)

Praeeunt quingentae ordinationes ac responsiones praelatis factae super materiis ecclesiasticis ex variis concilii tridentini

sessionibus desumptae (f. 1—110); eas excipiunt responsa praelatis annis 1564—1576. Tertio referuntur *elucidationes super concilio tridentino per illustr. ac reverend. eius interpretes ad instantiam diversorum episcoporum et aliorum praelatorum in ordine sessionum positae*, quarum extremae datae annis 1570—1588. **1101.**

Elucidationes aliae ab iisdem, numero octingentae septuaginta septem, manu Aemilii Flori iuris utriusque doctoris exscriptae. (L. XI, 15, f. 23—275.)

Praeeunt *index* et *repertorium libri*. Conveniunt plerumque cum codice praecedenti, cui tamen plura desunt. **1102.**

1567—1695. Decreta congregationis cardinalium interpretum sacri concilii tridentini, data annis 1567—1695, nullo ordine chronologico, sed per saltum. (L. IV, 26, folia 398.) **1103.**

Allegata quibus concilium tridentinum in Gallia minime receptum fuit. (L. IV, 93, p. 459—461.)

V. 'Du Pin. Biblioth. eccles.' tom. XV, p. 381. **1104.**

1546. 26 iunii. Summarium capitulationum inter Paulum III et Carolum V Romae initarum, contra haereticos et protestantes Germaniae. (I. VII, 417, p. 414—415.)

Inc.: „Che se sua maestà non li può ridurre all' obbedienza della santa sede, al mese di luglio prossimo cominci l'impresa . ." (26 iunii, 1546).

Pontifex spondet caesari pecuniae, peditum equitumque vi, suppetias iturum, si bellum in protestantes sit declarandum. **1105.**

11 octobris. Carolus imperator Sigismundo regi Poloniae roganti ut imperii rebelles in eius gratiam reducat, respondet iustis causis arma in eos, praesertim in Fridericum, *qui se ducem Saxoniae*

electorem vocat, et Philippum *assertum Hassiae lantgravium* sumpsisse, quod nemo ignoret eorum conatus, violentias, calamitates ecclesiae illatas.

Inc.: „Que vestra serenitas ipsius ad nos litteris quas oratori suo magnifico sincero nobis dilecto Acatio Rome . . In castris nostris ad Apmanshofeu, die 11 octobris, 1546." **1106.**

Bernardi Naugerii relatio suae legationis ad imperatorem, Venetiis in senatu recitanda anno 1546. (I. VII, 377, f. 37—60; 873, f. 206—293; 908, p. 3—64; 909, f. 3—29; 917, f. 135—169.)

Inc.: „In questa relatione che è l'ultima parte della legatione mia, seren. prencipe, conosco dover haver . . ."

Bernardus Naugerus die 14 iulii, 1543 ad Carolum V orator missus omnibus legationis partibus egregie functus est, quippe imperatori per Belgium et Germaniam comes, Spirae ad diaetam imperii et Divoduri cum Dominico Mauroceno interfuit, ac dissidia cum republica, ex libera oppidi muniti Marani possessione (Marani negotium et a legato Marino Cavalli serius anno 1550 pertractatum) enata composuit, itaque ut caesar discedentem anno 1546 equitem renuntiaverit ac aurea catena donaverit.

Relationem quam quadruplex codex marcianus integram, nongentesimus vero octavus per compendium exhibet, edidit Alberi in 'Relazioni' ser. I, tom. I, p. 289—368, ita tamen ut vel partes non semper breviores passim desiderentur. Desunt in impresso a. enumeratio aliquot expensarum domus caesareae in Hispania — b. *Paghe de' colonnelli tedeschi, del fante, dei capitani a cavallo, degli Spagnuoli, degli Italiani*, — c. nomina gubernatorum provinciarum in Flandria, — d. pericope qua de testamento Gheldriae ducis sine filiis demortuo, eiusque mandato duci Clivii, aliaque non minoris ponderis. Nostros codices pretiosiores redduut variantes lectiones; exemplo sint:

Codd. mss. „Dagli eserciti . . son venute le prese dei re, dei pontefici, lo spavento di Italia ."	Impr.: „Dagli eserciti . . . sono le imprese cosi nominate."
—— „Sono armati d'alcuni archibusetti che si scaricano da se."	—— „Sono ancora armati d'archibugio."
—— „Alemanni bassi."	—— „Fiamminghi."
—— „Granvella . . . cerca d'intrattener cesare fuori di Spagna."	—— „Granvella . . . cerca d'intrattener cesare."
—— „Maria (Flandriae praeses) femina che ha dell'uomo assai.	—— „castissima femina."

Caeterum Naugerius belle per anacephalaeosim retulit in prooemio a se pertractata: „Considererò brevemente due cose necessarie, l'una le forze di quel principe dal quale io ritorno (nella qual parte si diranno tutti gli stati suoi, le entrate, le spese, le qualità de' capitani di terra e di mare, come siano uniti fra loro e divisi, come grati a sua maestà, le condizioni de' suoi soldati, fortezze, artiglierie e monizioni; commemorando di questa parte i successi di quelle azioni che sono avvenute nel tempo della mia peregrinazione di 34 mesi); l'altra le condizioni e le qualità dell' animo che sua maestà ha verso tutti i principi fedeli ed infedeli, e massimamente verso vostra serenità (ove toccherò alcune cose della natura, qualità ed animo de suoi consiglieri, e dei modi con i quali si può sperare d'essere loro amici); le quali cose tutte mi sforzerò di raccontarle et dirle minutamente con tanta brevità che spero non eccedere lo spazio di 3 ore . . ." Sub fine de secretariis venetae legationis Formento, Donino, Daburti, Buonriccio, Tramezzino, et de se ipso disserit. **1107.**

1547. Summarium foederis inter Carolum V et Ferdinandum regem cum principibus Germaniae, Augustae in conventu imperiali, anno 1547. (I. VII, 417, p. 415—416.)

Inc.: „Liga per singulos annos observetur, et si que discordie inter eos . . ."

Anno incipiente 1547, Augustae Vindelicorum conventum de circulis et quarteriis in toto imperio constituendis, ordine ac constitutione eorum circulorum, nec non ligae iuribus et officiis. **1108.**

Summarium induciarum quinquennalium inter reges Ferdinandum et Solimanum Turcarum, de anno 1547. (I. VII, 417, p. 417.)

Inc.: „Controversie tam de timaris ac baronibus, quam de bonis et castellis Petri Pereni ac Valentini Theorech . . ."

Earum induciarum indole definita, de principibus in ea comprehendendis, de latronibus et transfugis decretum. **1109.**

1547.
21 aprilis.

Gratulatio victoriae in pugna qua Joannes Fridericus dux Saxoniae a Caroli V exercitu captus est, non procul ab oppido Mülberg, die 21 aprilis, 1547. (L. XI, 74, f. 1—12.)

Inc.: „Diuturni doloris ac sollicitudinis nostre, cesar, qua tum ex presentibus reipublice christiane calamitatibus . . ."

Qui scribentem in huius bibliothecae regimine antecessit, vir doctissimus Jacobus Morelli codicem hunc ms. apud Nanios extantem sic describit: „Ab homine disserto et latini sermonis haud leviter perito ea prodiit: is attamen qui fuerit, nec ex ipsa oratione, cuius inscriptio in codice nulla est, nec aliunde mihi cognoscere licuit. Caesarem sic etiam alloquitur: Non tu igitur pios modo Germanie populos, cesar, tutos incolumesque prestitisti, sed Galliam etiam profecto et Italiam, et hanc in primis urbem, atque amplissimi sacerdotii sedem, cuius illi (principes) semper se infensissimos hostes esse professi sunt, ab imminentibus calamitatibus maximis liberasti" [1]). **1110.**

mense septembri.

De coniuratione Placentiae. (I. VII, 877, f. 254—293.)

Inc.: „Colui che l'historia maestra chiamò della vita, mostrò

1) Codices manuscr. latini biblioth. Nanianae. Venetiis, 1776, p. 94.

quelle cose principalmente . . .", finit: „tarda interpretatione veramente per lui, ma se finta ingegnosa, se vera mirabile."

Placentiae coniurationem anno 1547 habitam, ibi ubi de historia Caroli V sermo est, minime praetereundam censeo. Cum enim tunc temporis fama percrebuisset Petrum Aloysium Farnesium una cum Paulo III pontifice moliri Mediolani dominatum vel per se vel per alios imperatori surripere, referunt Ferrantem Gonzaga Mediolani gubernatorem Joanni Anguissola placentino, auctori coniurationis principi consilium de Farnesio occidendo ingessisse (Augustinus Landus Farnesium 10 septembris interfecit).

Anonymi et inediti huius tractatus, cuius exemplaria plura in tabulariis Placentiae et alibi quoque extant, auctorem deprehendimus *Julianum Goselliuum* a secretis Ferrantis Gonzaga, quod in plerisque apographis, non vero in marciano, sub initio legatur: „Io del vero informato veracemente a' posteri il narrerò più appieno e per avventura con più ordine che nella vita non feci di don Ferrante Gonzaga." Vita autem haec proprio auctoris nomine publici iuris facta est Mediolani anno 1574, Venetiis anno 1579, continet vero compendioli forma eundem tractatum paginis 43—56; causis et momentis praecipuis eiusdem coniurationis, quae in apographo sunt, silentio obrutis. Ampliorem eius tractationis usuram fecit Christophorus Poggiali in opere: 'Memorie storiche di Piacenza.' Piacenza, 1761, tom IX *passim.*

1111.

1547.
14 octobris.

Ferdinandus rex prohibet ab illicito mercimonio *mercatores et negotiatores qui mercaturas a mari et ad mare exercent,* et praecipue qui *publicis viis et itineribus Labacum, Goritiam, Tergestum et terram Fuminis Sancti Viti versus* utuntur. (I. VII, 873, f. 5, 15.)

Inc.: „Quamvis cuilibet vestrum probe constet per quas publicas vias et per que itinera vobis et omnibus aliis antiquitus . . Vienne, 14 octobris, 1547."

Cum occasione pestis in ducatum Carniolae et Tergestum annis 1543 — 1544 grassantis, mercatores viam frequentarent versus oppidulum Sancti Joannis sub castro Duini, sane cum imminutione redditus impositionis *quarantesimae* fisco devolutae; Ferdinandus iubet *veteres et non prohibitas vias* a negotiatoribus esse percurrendas. **1112.**

1548.
18 ianuarii.

Caroli V monita filio Philippo facta. (I. VI, 185, f. 1—58; VII, 872, f. 19—36; XI, 33 ad finem.

Textus hispanicus in altero codice incipit: „Hijo, por que de los trabaios passados se me han recrescido algunas dolencias . . .“ versio itala in caeteris: „Figliolo, perchè dalli travagli passati et da alcuna infirmità che mi da molestia . . Ex Augusta Vindelicorum, 18 ianuarii, 1548.

Carolus qua rex (il *rey* subscribit) cum nuper ingravescente morbo morti fuisset proximus, quasdam, sine ordine, status administrandi normas praebet, iis praesertim insistens quae religionem spectant, nempe quae electionem pontificis, cum eo dissensus pro feudo regni neapolitani et monarchiae Siciliae, concilium coegendum, collationem dignitatum ecclesiasticarum et beneficiorum. Imperatorem consiliarium adhibeat, confidat ducibus Florentiae, Ferrariae, Mantuae, Januae, non item Galliae regi; declinet bellum et belli causas; inducias cum Turcis ineat. **1113.**

Contareni Laurentii reducis a legatione ad Ferdinandum Romanorum regem anno 1548, *relatio* Venetiis in senatu. (I. VII, 580, f. 1—120; 909, f. 49—152.)

Inc.: „Se tutte le operationi nostre sono indirizzate a qualche fine et che a quello debba principalmente attendere . . .“

Orator ad Ferdinandum dimidio anno 1546 Bernardo Naugero suffectus, re patria praeclare Vindobonae gesta usque ad dimidium annum 1548, notitiam praebet senatui eorum omnium quae vel pristinae vel praesenti provinciarum archiducatui Austriae subditarum conditioni illustrandae conferunt. Habsburgicae familiae historiam ab origine usque deducens, provincias paulatim

adnexas Austriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam, Lincium (quod Austriae proximum, non partem considerat), Tyrolim, Bohemiam, Moraviam, Silesiam, Lusatiam, Hungariam, in iisque urbes praecipuas enumerat, earum fines, incolarum indolem, castra munita, vim militarem, .caeteraque huiusmodi describens; quin et annonam, vectigalia, iudicia summo digito attingit. Potiorem tamen enarrationis partem Germaniae eiusque politicae constitutioni tribuit, iis quae ad status finitimos referuntur in tractationis argumentum perductis. Plurimi facienda ea sibi in scribendo sumpta ab auctore facultas de bello germanico anni 1547 libere indicandi; sententias enim de primoribus eius aetatis, institutionibus, gestis, intentionibus interserit.

Huius *relationis* breviarium edidit, narrationem integram putans, Eugenius Alberi in 'Relazioni' ser. I, vol. I, p. 369—469, mendis scatens, ut ex. gr. *Murano* semper loco *Marano*, et aliquot locis mancum, praesertim qua religionem spectat. Primus codex alteri anteferendus. **1114.**

1551. *Marini Cavalli* relatio suae ad imperatorem legationis, Venetiis in senatu lecta. (I. VII, 907, f. 1—12; 908, p. 65—112.)

Inc.: „Havendo io da render conto della mia legation, la quale è stata all'imperatore, che è tanto prudente . . ."

Eugen. Alberi ex codice florentino familiae Capponi, quem purioris lectionis gratia depraedicat, protulit relationem ser. I, vol. II, p. 193—223, eo tamen mancam ut integra ex nostris codicibus folia desint. Non ibo inficias plura ex omissis, mutatis mutandis, frequentius in aliis *relationibus* occurrere (exempli gratia profero quae de origine domus austriacae, imperii finibus, dominiis quae caesari propria vel quae sibi obventura), ea tamen diversimode enarrata momentum augent historicum. Quae vividioribus coloribus in narratione universa describuntur, sunt: enumeratio reddituum ex Hispania, Indiis, Neapoli, Sicilia, Mediolano, Belgio; florentissimum provinciarum imperatori subditarum commercium; plura quae Hungariae reginam Mariam, Belgii praesidem attinent.

Editor florentinus errate animadvertit Marinum Cavalli Naugerum in legatione excepisse, quod iste anno 1546 dignitate legati excesserit, Cavalli vero menses tantum viginti septem (ut in utroque marciano codice, dum in impresso septemdecim numerantur) apud caesarem stetit, ab anno scilicet, ad summum, 1548. **1115.**

1551—1553. *Petri Camaiani* exempla epistolarum fere sexaginta pontifici, Joanni Mariae cardinali del Monte, Joanni Angelo cardinali de Medicis, ac Julio Canano, a secretis pontificis, annis 1551—1553 datae. (I. VI, 139, f. 21—210.)

Die tertia octobris anni 1551 pontifex Petrum Camaianum, sibi a secretis, ad Carolum V legat eo ut Octavius Farnesius Parmae ducatu amoveatur, sibique suppetiae ad bellum prosequendum ferrantur. Epistolarum pars potior data est anno 1551 Oeniponti ab ianuario ad maium; iunio et iulio a Villaco et Brixina; Augustae Vindelicorum, Argentinae, Spirae, Bruxellarum, ab augusto eius anni ad augustum proxime insequentis. Camaianum medio augusto 1553 excipit legatus Hieronymus Dandinus episcopus imolensis, cuius aliquot in codice epistolae datae Bruxellis. Camaianus februario anni 1552, episcopus fesulanus renuntiatus, a legatione redux sedem ingreditur. **1116.**

1552. Othonis Trusches ex baronibus de Wartburg, cardinalis episcopi augustani duplex epistola, itale, Julio papae III, qua, cum significavit se bello pulsum ad amicum archiepiscopum salisburgensem confugisse, Augustae Vindelicorum confinia ab inimicis vastata, proprium Dilingae castrum direptum, graviora religioni et bonis moribus damna illata conqueritur. Prima epistola data est Salisburgi 10 maii, 1552. (I. VI, 139, f. 301—302, 305—306.) **1117.**

6 novembris. Galliae rex statibus Germaniae conqueritur de foedere quod suorum praedecessorum merito et proprio, inter Galliam et imperium romanum intercesserat, malis caesaris artibus intercepto. Eapropter cum imperator gravi morbo laborans morti sit proximus, suadet: ab eius consiliis abhorreant, pacem cum Gallia

ineant, belli declinationem eorum utilitati cessuram putantes. (I. XI, 86, f. 7—11.)

Inc.: „Noi non dubitiamo che voí sapete benissimo la grande et perfetta amicitia, lega et conventione . . . Da Reinz, 6 novembre, 1552." **1118.**

1553. Otho Trusches, qui supra, Julio papae III significat non tantum utile sed et necessarium ex collegio cardinalium ad proximum procerum et principum imperii conventum, negotiorum praecipue religionis et pacis causa cogendum, legatum mittat. (I. VI, 139, f. 302—304.)

Inc.: „Cum multa sint que multorum hodie suspensos animos tenent, ut quid in hoc imperiali . . Dilinge, 20 iunii, 1553." **1119.**

1554. 6 iunii. Caroli V imperatoris testamentum, hispanice. (I. VII, 913, f. 3—29.)

Inc.: „En el nombre de Dios . . Nos don Carlos . . Conociendo que no ay cosa mas cierta a los hombres que la muerte, ni mas yncierta que la ora della, queriendo hallarme y estar prevenido . . Brussellas, 6 iunio, 1554."

Testamentum (f. 3—18) iam notum excipiunt a. codicilli in monasterio s. Hieronymi de Yusto, die 9 septembris, anni 1558 (f. 18—27); b. epistola Philippi II regis ad curatores ex testamento super eodem negotio, data Bruxellis die 22 martii, 1559, quae incipit: „Vuestras cartas de treynta de octubre del ano passado y diez y quince de henero deste presente havemos reçevido . . ." (f. 27—29.) **1120.**

Conditiones et pacta apposita investituris regni neapolitani factis a Julio papa II in favorem regis Ferdinandi de Aragonia et successive a Leone papa X in favorem Caroli V imperatoris. (I. VII, 915, f. 28—39.)

Inc.: „Quod non faciant colligationes contra romanum pontificem aut ecclesiam romanam. — Quod non recedant ab obbedientia pape . . ."

Promissiones ad iura pontificia semper et ubique sarta tecta tuenda, sub poena excommunicationis, sex supra viginti capitulis concluduntur (f. 28—34). His spondent ex una Ferdinandus, Joanna, Carolus reges; ex altera parte promissa recipiunt Julius II, Leo X, Julius III, pontifices. **1121.**

1554. 30 maii. Carolus V revocat concessionem Senensibus per Carolum IV anno 1347 factam, propriae reipublicae administrandae, eiusque dominium in filium Philippum II ac successores transfert. (L. X, 111, folia membr. 1—3.

Inc.: „Quum inter alia privilegia per serenissimos quosdam predecessores nostros romanorum imperatores . . . Bruxellis, die 30 maii, 1554."

Documentum authenticum cum duobus ut infra num. 1128, 1130, ex autographo sumptum, firmat Franciscus Vintha volaterranus, die octava decembris, 1559. **1122.**

1555. Caroli V imperatoris monita Philippo filio data, cum imperii summam ei traderet. (I. VI, 185, f. 117—176; VII, 873, f. 32—36.)

Incip.: „Mi sono risoluto, figliuol dilettiss., di venire ormai all' effetto di cedere nelle mani vostre l'amministratione . . .", finit vero in primo exemplari: „che siccome la guerra a fine di onesta pace si deve generosamente fare, così nella pace a fine di secura guerra vivere providentemente si deve"; in altero vero, cui secunda et tertia pars deest operis: „ma dall' ingegno et costumi et altre conditioni loro si hanno nelle esecutioni delle facende i ministri ancora a considerare."

Insunt tantum quae tempore pacis observanda, eaque se referunt ad salebrosam vastissimi imperii administrationem; ad iustitiam, honestatem ac praesertim suimetipsius victoriam in eo regendo necessariam; ad religionem semper et ubique tuendam, nec non obedientiam summo pontifici praestandam. Illustria praecessorum facta et propria tanquam speculum sibi ob oculos ponat: dominii oblectamentis graviores curas opponat; aleae plenum

vectigalium imponendorum studium. Animadvertat Hispaniae dominationem, utpote antiquam, retentu facilem, non ita Flandriae, Italiae, Germaniae. In ministrorum delectu eorum dotes, quas enumerat, perpendat, uec facile mutet. Tandem egregia pacis oblectamenta commendat.

Diem supremae huic potestati filio conferendae sunt qui assignent vigesimam quintam octobris, anni 1555; ea contra Prescott: „Il est etrange que la date precise d'un evenement aussi connu que l'abdication de Charles-Quint soit un sujet de desaccord entre les historiens.“ Histoire du regne de Philippe II. Paris, 1860, tom. I, p. 27. **1123.**

Normae tempore belli a principe tenendae, quas Carolus V Philippo filio una cum regiminis summa tradidit. (I. VI, 185, f. 59—114.)

Pars altera monitorum quae precedunt incipit: „Vengo ora, figliuolo mio dilettissimo, a ragionare con voi d'alcune pertinenze del tempo della guerra . . .“

Ubi conditiones praecipuas pro statu conservando ac ordine augendo adverterit, cui perturbando confert bellum, eius causas imperator ab insolentia Turcarum in dies succrescente et christianorum principatuum invidia maxime repetit. Quapropter exercitus instruendi leges; peditum et equitum numerum deligendum; disciplinam militarem tenendam, cuius vis in obedientia; aequam cohortium et alarum distributionem; iterata armorum exercitia persequitur. Nec mittit quae ad impedimenta, annonam comparandam aut conservandam, aut renovandam, equos currus, castra ponenda pertinent. Dum de castellis munitis peragit, saepius ea resarcienda, re frumentaria providenda, fidis praesidiis obfirmanda, instruenda probatis praefectis. Quae sint artes belli, quod diligenter, prudenter, vigilanter inchoandum, militari virtute, abhibito praesertim strategemate, persequendum et finiendum edocet. In proeliis iuste committendis sumptibus lautioribus non parcat; magistratum in castris constituat cui milites vendant praedas, ex eoque manubiarum censum, ubi placuerit, exigant,

aut haeredibus testamento relinquant. — Turcas hostes assiduos metuendosque compescendos per bellum partim offensivum, partim defensivum, terra tantum non mari commissum, per partium studia eos inter concitata, admonet. — Austriacae domus amicus concors, patruum imperatorem futurum revereatur. — Pronam in Gallos Italorum voluntatem, eorum principum foedera, Mediolani et Neapolis nisus in antiquam autonomiam recipiendam, ea esse quae bellum cum Gallia aleae plenum faciunt. — Urget demum Senas recuperandas, Venetos amicos habendos, quos, si hostes, improvviso assultu, utpote bello dessuetos, percellendos. — Quae imperator asserit ea roborat exemplis ex antiquitate desumptis, ad quae frequenter alludit, ut et ad proprios memoriales libros **1124.**

1555.
1 decembris.

Aloysius Lippomanus e Venetiis, episcopus veronensis, orator apostolicus ad regem Poloniae, episcopum vratislaviensem obiurgat quod, cum Gedanum se contulisset ut falsos concionatores (lutheranos), mandato Poloniae regis, inde eiiceret, rem ita cum eo senatu composuit, ut *concionatores predicationes suas non intermitterent.* (I. V, 16, f. 270—271; 49, f. 120—123.)

Inc.: „Significaverunt mihi gravissimi viri hisce proximis preteritis diebus dominationem vestram . . . Vilne, 1 decembris, 1555.“ **1125.**

22 decembris.

Episcopus vratislaviensis *(Balthasar de Promnitz)* respondet Lippomano oratori sibi apposita falsitatis nota inurenda, propterea que se pontifici minime deferendum esse. (I. V, 16, f. 272—279; 49, f. 123—134.)

Inc.: „Legi litteras rever. domin. vestre ut singularibus erga me benevolentie eius notis respersas, ita acerbas . . Valborie, 22 decembris, 1555.“ **1126.**

24 decembris.

Paulus papa IV Aloysio Lippomano mittit breve exprobratorium episcopo vratislaviensi offerendum, quod haeretica labe

sit pollutus. Instat ut in cracoviensem episcopum inquirat, ac de utroque referat. (I. V, 16, f. 287—288.)

Inc.: „Gravissime antea commoti que de venerabili fratre episcopo vratislaviensi ad nos delata fuerunt . . . Rome, 23 decembris, 1555."

Edidit Theiner 'Monum. histor. Polon.' vol. II, p. 588, quo loco pag. 580—591 plura passim de rebus a nuncio peractis. **1127.**

1556. 11 ianuarii. *Carolus* imperator Philippo filio inuovat vicariatus senensis possessionem, cum iure transferendi in haeredes. (L. X, III, f. 4—5.)

Inc.: „Quum superiori tempore ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus et precipue pro publico bono . . . Bruxellis, 16 ianuarii, 1556." V. num. 1122, 1130. **1128.**

5 februarii. Induciae quinquennales a Carolo V cum rege Galliarum die 5 februarii, 1556 in abbatia vaucellensi pactae. Narratio. (I. XI, 131, f. 113—116.)

Inc.: „Quantunque da certi anni in quà sia stata guerra tra l'imperatore e il re di Francia, et che per procurarci pacificatione et pervenire . . ." **1129.**

17 aprilis. *Carolus* imperator Philippo filio dat potestatem vicariatum senensem alteri in feudum concedere, vel libere in illum transferre. (L. X, 111, f. 5—8.)

Inc.: „Cum alias ex certis . . principem et filium nostrum carissimum et post eum, filios et descendentes . . . Bruxellis, 17 aprilis, 1556." V. num. 1122, 1128. **1130.**

17 aprilis. *Aloysius Lippomanus* mittit pontifici processum episcopi vratislaviensis. (I. V, 16, f. 287.)

Inc.: „Mitto sanctitati vestre parvum processum quem de eius mandato . . . Lovitii, 17 aprilis, 1556." **1131.**

1556.
18 iunii.

Idem mittit testium depositiones in episcopos vratislaviensem et cracoviensem Paulo papae IV. (I. VI, 16, f. 288—289.)

Inc.: „His litteris annexe erunt nonnulle testium depositiones contra vratislaviensem episcopum . . Lovitii, 18 iunii, 1556.“ **1132.**

20 iunii.

Vratislaviensis et pomeranus episcopus respondet pontifici se nunquam *hereticorum sinagogas* fovisse, nihilque commune quoad haeresim cum Frisio libri haeretici editore habuisse. (I. V, 16, f. 289—292; 49, f. 148—151.)

Inc.: „Litteras beatudinis vestre paternas et amantissimas ad me scriptas exosculatus sum et lego libentissime . . Hyessulkovii, 20 iunii, 1556.“ **1133.**

1557.

Friderici Baduarii a legatione ad Carolum imperatorem et Philippum Hispaniae regem reducis, *relatio* Venetiis in senatu recitata. (I. VII, 783, f. 446—515; 873, f. 344—417; 888, f. 137—241; 909, f. 167—205.)

Inc.: „Dio volesse, seren. prencipe, illustr. e sap. signori, che siccome ho diligentemente procurato di ben intendere le cose . . .“

Fridericus Baduarius die 29 martii anni 1554 ad Carolum V legatus venetus ordinarius, eo missus ut Senensium negotiis faveret ac mitioribus cum Julio II pontifice consiliis adhibitis pacem ecclesiae restitueret, eo munere functus est usque dum imperator Hispaniam secessit, quo tempore iussus est apud Philippum II eius filium, Hispaniae regem immorari. Propterea *relatio* duplex: ea qua de legatione ad Carolum, Germaniae natura et divisio, ut in caeteris; officia et iura imperatoris; eius familiae membra; principes varii; rei politicae, militaris, navalis conditio excutiuntur. Sub fine huius partis momenta evolvuntur de recessu imperatoris, quibus Mignetus optime usus est operi: 'Charles Quint, son abdication, sa retraite, son sejour et sa mort au monastére hiéronymite de Yuste' conscribendo. — Parte altera

quae incipit: „Sarà ora da me fatta quella più diligente esaminazione del serenissimo re di Spagna, figliuolo . . .", vivendi forma Philippi II et familiae minutatim offertur; domus interioris ordo exhibetur; Ruy Gomez et reliqui principi viciniores delineantur; regni indoles physica et moralis nec non rei administratio publicae, eaque varia in variis provinciis describitur; de terrestri et navali militia ac armis narratur; demum regionum eidem Hispaniae regi subditarum notitiae dantur.

Relationem mensibus iunio vel iulio anni 1557 habitam edidit utique universam Eugenius Alberi in 'Relazioni', ser. I, vol. III, p. 175—330, non tamen sine omissionibus (exemplo sit articulus de expensis legationis, sub fine) ac erroribus, praesertim in lectione nominum germanorum, ita ut novam editionem apparandam opportunum putem. Eam gallice enucleavit M. Gachard in 'Relations des ambassadeurs venitiens.' Bruxelles, 1856, 8°. p. 1—94, textus fragmentis ac notis additis. **1134.**

Pauli Theupoli *relatio* in senatu Venetiis lecta postquam a legatione ad Ferdinandum Romanorum regem redierit. (I. VII, 377, f. 1—33; 580, f. 121—207; 873, f. 420—518.

Inc.: „Ancora che il re de' Romani sia degno per li molti grandi et potenti stati et regni da lui posseduti et governati . . 12 ottobre, 1557."

Eugenius Alberi extremam huius *relationis* partem protulit in 'Relazioni' ser. I, vol. III, p. 145—174, nempe quae in codice altero, f. 183, quae in tertio, f. 493 ad finem, animadvertens: „ci siamo arbitrati a pretermettere la prima parte, descrittiva degli stati di Ferdinando, siccome quella che non contiene particolare alcuno che non sia toccato nella relazione precedente e in quelle che seguono." Reapse non diffitendum censeo plura esse in ea descriptione quae in caeteris Germaniae offeruntur, tamen non eo omittendam quod, cum auctor penitius quam alii materiem suam introspiciat et verbis fusioribus pertractet, historiam imperii breviatam et regnorum praesertim Bohemiae et Hungariae plenius illustret. Caeterum quod in parte edita laudes

sunt imagines Ferdinandi archiducis et familiae eius universae; orator enim ea arte qua Veneti excellebant, tum corporis tum animi notas vividiori penicillo oculis ita depingit ut spiritum molem agitantem putes.

Ex duobus codicibus manuscriptis altero et tertio, ad finem saeculi decimiseptimi exscriptis, extremus copia rerum enarratarum praestat alteri, cui deest pars de Bohemia, Moravia, Hungaria foliis 151—160 in illo contenta.

Paulum Theupolum die 21 maii anni 1554 legatum missum suffecit Leonardus Mocenicus, die 28 novembris 1556 ad id munus electus. **1135.**

. . . *Delphinus*, episcopus suffraganeus argentinensis instruit rever . . . Caraffa de actis in conventibus francofurdiensi, pataviensi anno 1553, augustensi a. 1555, ratisbonensi a. 1557 ac colloquio extremo vormatiensi. (I. VI, 310, f. 51—64.)

Inc.: „La presente scrittura è solo per informar vossignoria illustriss. di quanto è venuto a notitia sopra il fatto così della cessione . . .“

Auctor momenta evolvit praecipua quibus caesar imperio se abdicavit, ac sancit *omnia ea quae in francofurdiensi conventu hoc super negotio, inscia sua sanctitate, acta sunt, irrita nulliusque valoris esse censeri debeant.* Tum causas exquirit propter quas Caroli propositum usque ad annum 1557 dilatum est: ideo acta in conventibus francofurdiensi, pataviensi, augustano, ratisbonensi, vormatiensi praesertim de rebus religiosis ad trutinam revocantur. **1136.**

Caroli V obitus (21 septembr. 1558), laudes. (1137—1140.)

1558. Senatus venetus, epistola per oratorem suum Philippo II Hispaniae regi data, luget mortem imperatoris. (I. XI, 73.)

Ea incip.: „Che così grande e così virtuoso principe et im-

perator, com è stato il sereniss. padre di vostra maestà sia mancato . . . Datum in nostro ducali palatio, 1558." **1137.**

Poemation (vers. 171) in obitum Caroli V. (L. II, 150, f. 56-60.)
Incip.: „Postquam devictis minimo vix saguinis haustu
(Quod mihi musa refer) libicae cum gentibus orae"
finit: „Et recolet rursus terras Astraea relictas
Aurea Saturni referens iam saecula terris."
Auctor sine nomine, certe foroiuliensis. **1138.**

Sigismundi Guindani Austriados libri V. (L. XII, 107.)

Si nondum edito in honorem Caroli V poemati excutiendo diutius immorabor, non improbabit certe qui sciat hoc uno exemplari marciano illud inesse. Quo fato nescio, coaevi scriptores Franciscus Zara [1]), Ludovicus Cavitellus [2]), Antonius Campo [3]), ea in urbe ubi latin. sermonis lepores magno in honore semper habiti sunt, Guindanum cremonensem vix nominant. Taceo de Arisio qui a Campo prolata [4]) recitavit. Uberioris segetis spe illectus, per litteras sciscitatus sum Franciscum Robolottum cremonensem, patriae historiae interpretem eruditissimum, apud quem schedas asservari sciveram, quas Vincentius Lancetti ad opus, iam partim typis editum [5]) absolvendum congesserat. Sors tamen neutiquam favit, Lancettus enim a Campo et Arisio non unguem transversum recessit. Dum animo confido auctoris nomen luce aliqua in posterum iri suffusum, ad opus ipsum digredior.

Auctor a Maximiliani Romanorum regis obitu (1519) orsus, partim fusiori, partim continenti sermone ea enarrat quae a Carolo,

1) Epist. fam. Francisci Zavae libri VIII. Cremonae, 1569, f. 119[b].
2) Annales quibus res ubique gestas memorabiles a patriae suae origine ec. Cremonae, 1588, f. 326[b].
3) Cremona fedelissima città ec. Cremona 1585, p. XXXV.
4) Cremona literata ec. Parma, 1706, tom. I, p. 225.
5) Biografia cremonese. Milano, 1822, tom. III, 4°.

praesertim in Italia gesta sunt, quod propositum primis statim carminibus enunciat:

„Castalio furor igne calens, molesque beati
Numine feta viri iubet ordiar aurea magno
Caesare ab Austriada de ferri asserta rigore
Saecula, et excidiis orbem, Gallumque receptum
Conflandae sub foedus opis: post bella per ambos
Concita et Insubrum magnos post bella tumultus."

Quando conventus de novo imperatore eligendo Francofurdiae fuerit coactus; quas artes Franciscus Galliae rex, ut supremam eam dignitatem assequeretur, adhibuerit; quomodo legati ab Hispania, quorum princeps Mercurinus Gattinara (quem vates modo *Mercurium* modo *Hermetem Catinarium* appellat) dirimuerint litem, libro primo enarratur.

Libro secundo comes palatinus Rheni Barcinonem, gratissimum nuncium allaturus profectus, Carolum imperatorem renuntiatum alloquitur. Ille regiae domus magnificentiam demiratus, graecae et romanae historiae fastos depictos legit, quos inter:

„Annibal interea superans juga celsa Pyrenes
Alpis inacessae, dorsumque quod itala gallo
Abscidit arva solo, fastu ducebat ovanti
Arma per Insubres, atque inter amoena Ticini
Praedia et Eridani dextro non omine pugna
Scipio commissa, turmis fugiebat abactis."

Regalis convivii pompa et triduana theatri, venatus ac hastiludii oblectamenta recitantur.

Libro III. Apparatu itineri ingrediendo Aquisgranum *(dixere Vergeram quod veteres primi)* versus instituto, mater ancipitem Carolum sic alloquitur:

„Te precor extremo hoc ego glorier, annue dono
Per quaecumque suis pia iura parentibus arcto
Insinuant sobolem vincto, perque ubera quondam
Nostra alimenta tui et communia sanguinis oro,

Ante meos obitus, supremaque fata relictam
Soleris . . ."

Ille vero primum sancti Jacobi de Compostella aedes, peregrinus divinam opem accedit rogaturus, dein mari se committit:

„Carbasa ventus agit mitis distenta, triremes
Certatim scindunt undas et caerula ferro
Aequora convellunt."

Antonam in Anglia adventans, Henricum regem convenit. Vergeram appulsus et a cunctis ordinibus festanter exceptus, Franciscum Sfortiam praesentem, cui Mediolani dominium Galliae rex surripuerat, consilio et opera adiuturum promittit.

Libro IV. „Sabloneta parens Gonzaga Aloysius ortus
Stirpe cremonensi"

rediens Vergera Barcinonem, reginae enarrat itineris casus ac singulares coronationis ritus ac pompam.

Libro V. Ubi de Vormatiae conventu disserit et quaestiones de religione attingit, vates Jovis alitem de Carolo maximam imperii prosperitate moliente vaticinantem inducit, et Vulcano arma praecipientem, quibus caesar religionem tueatur, Turcas Europa avertat, pacem Italiae asserat.

Libro VI. Vulcanus parat arma, divina arte caelata et vario miranda thoreumate, quibus addit pretium series insculpta historiarum. Mercurius Vulcanum adit arma iam absoluta accepturus, quae Astreae pro cesare deferat.

Libro VII. Astrea Antuerpiam accedit *arma duci latura ducum.* Caesar cum Leone pontifice societate inita, Mediolani dominium Francisco Sfortiae restituendum molitur, quod et assequitur, nam Prosper Columna Mediolano potitus Gallos Italia exterminat. Parma et Placentia pontifici restituta.

Libro VIII. Bello cum Gallis iterum anno 1522 instaurato, ad locum quem *indigenae patrio dicunt sermone Picocham,* Columna Lautrecum fudit.

Libro IX. Idem Gallis subrepta Janua urbe, cui Adornum praeficit, paulo post mortem obit. Carolus Launoius suffectus funeris pompas duci invicto decernit. Frequentes in tota Lombardia, Novarae, Alexandriae, Viglevani, Abigrassi, Binasci, Mottae, Garlasci, Trumelli, cum hoste congressus accurate exponuntur.

Libro X et XI. Borbonius, cui delatum caesarei exercitus imperium, Massiliam obsidet, qua praeceps paulo post aufugit ob Gallorum ingentes belli apparatus prope Avenionem. Bellum ticinense vividiori penicillo, splendidisque carminibus ob oculos ponitur:

„Irrupere uno tunc omnes agmine: pugna
Acrior increvit, totoque licentius arvo
In mortem immissae ferro immittuntur habenae."

— — — — — — — — —

„Ut propius commissa manus, fragor ingruit idem
Hastarum attritu, plumboque per agmina pulso,
Qui solet adversis nemorosa per ardua rupto
Flatibus involvi sub turbine . . ."

Lbro XII. Launoius, etsi vi impari, bellum feliciter absolvit, Francisco rege captivo Davali opera abducto. Is, classis praefecto Andrea ab Auria ianuensi, Barcinonem transiicitur, et paulo post Matritum. In regium mancipium caesaris benignitas depraedicatur, qui, pacis conditionibus, incipiente ianuario anni 1526 edictis, Franciscum in libertatem asserit.

Libro XIII. Hugo de Moncada ab Hispania Romam missus ut pontificem a foedere cum Venetis et Mediolanensibus coacto deterreat, pacemque cum eo conciliet. Proposito infecto, urbem aggrediuntur caesarei qui, ubi Borbonius primo statim assultu interficeretur, Romam efferatim capiunt militari licentiae devotam.

Libro XIV. Galliae et Angliae reges foedus in Carolum feriunt, exercitui Lautrecum imperatorem praeficientes. Vates fusiori carmine pugnam describit qua Andreas ab Auria supremus navarcha, Januae dominationem Gallis restituit.

„Inde globos alii, gravidas flagrantis et ollas
Coniecere picis, cuius restinguere flammas
Attactu implicitas valuit vis nulla liquoris.
— — — — — — — — —
Infecere salis proiecta cadavera vultum
Sanguine: lamentis stridentibus horruit aer.“

Hispanae res in Italia prosperum tandem eventum sortiuntur. Caesarem Barcinone in reditu festanter exceptum et iam universae Italiae paci apparandae discessum mollientem sic Isabella coniux alloquitur:

„Dulcis amor coniux, mea viscera cara, meaeque
Deliciae, ante tuae haec matrisque et coniugis ora
Excidere ore queunt? nobis aliena relictis
Hinc efferre pedem poteris ne in regna? recessit
Anxia quo nostri quondam tibi cura? paternis
Extera praetuleris? tellus tibi gratior ulla
Esse potest quam quae tumulo patris ossa recondit?
— — — — — — — — —
Iam victus miserere, precique haec munera flenti
Des animae spes alma meae, des aequa parenti.“

Libro XV. Carolum remorantem Jupiter per somnium, Astrea ministra, increpat, suadetque arma a Vulcano oblata tranquillitati Italiae conciliandae vertenda. Caesar per Michaelem Maium oratorem anno 1529

(„Lapsaque tercentum cum quinis saecula lustris
Intactae celebrem post partum Virginis annos
Quatuor addiderant“)

nunciat pontifici se Italiam adventurum. Brevi, utraque classe, hispana et januensi comitantibus, Januam appellit, unde ab oratoribus Clementis repetita vice excitus, Bononiam properat.

Libro XVI. Triumphalis in urbem ingressus pompam, pontifice occurrente, recitat Guindanus, ut et acta cum Clemente de eradicandis haeresibus et de rebus Italiae. Pontifex Carolo coronam imponit.

Libro XVII. Caesar splendidiori apparatu urbem excurrit, ipsemet pecuniam populo distributurus:

„Absistit nec dextra prius quam straverit omnem
Aere viam, et toto vas esset inane metallo.“

Mensae basilice primoribus instructae, quibus expletis bini oratores pro Sfortia mediolanensi ducatui restituendo Carolum obsecrantur, qui votis obsequutus Mantuam concedit, ibique Friderico Gonzagae petenti, ducis confert dignitatem. Marmiroli, quo triduo substitit, caesar delicias demiratus, per Tridentum, Polzanum, Brixinum, Oenipontum, Vindobonam contendit. Cum fratre Ferdinando de imperio a Turcarum incursu tuendo congressus, Passaviam, Ratisponam, Augustam, Belgas invisit, unde ad spirense concilium advolat. Astrea per somnium admonente

„Ipse viam mensus Spira redit austria regna
Praepete secessu,“

atque ingentes militum copias ex universo instruit imperio.

„Auxilium Belgae tulerunt, comptique Sicambri
Cimbrorum postrema cohors, Morinique britanno
Gens vicina mari bello huic sua tela ferebant,
Mota omnes idem simul ardor agebat in arma,
Admovet Oceano plaga quos simul ultima Rheni,
Quos alit aequa polo tollens seque Asia saxis
Scrupea et ad montes quae tracta recedit Anobos
Ultra Albim positos ac vesperis axe Visurgim
Spectantes.“

Libro XVIII. Ob Solimani fugam bello nullo suscepto, cesar Bononiam comiter a pontifice exceptus remeat, unde parvis itineribus Parmae, Sancti Donini, Buseti, Cremonae, Laudis Pompeiae dies aliquot immorans, Mediolanum contendit. Eius ad urbem accessus triumpho par. Mediolanensi in arce, quam auctor *tarpeiam* appellat, Italiae negotiis cum senatu agitatis, caesar Franciscum Sfortiam (cui Viglevani deliciis agens Christernam neptem promittit sponsam) ac familiam mediolanensi ducatu investit. Barcinoni, quo biennio abfuerat, restitutus comiter excipit regem

Muleassem, quem *tuneteis excussit finibus hostis Ariadenus.* Belli difficultatibus a Nazariae duce obiectis maior, cohortibus ex Hispania, Germania, Italia delectis, apparat classem in Aenobardum

„— — — patriis Maramaldus in agris
Convocat ingentes auro ad vexilla catervas;
Agmen agit peditum fluvii comes accola Sarni.
Acer Alarco manu, fulmenque Salernus in armis
Finarii princeps, Carettus, Spinula et heros
Augusto cum fratre ligur Baptista, potensque
Vi dextrae ac Malatesta fide, multique per omnem
Belligeri Italiam, longo quis dextera bello
Non obscura fuit, nec honos inglorius armis . .“

Libro XIX. Ingentes belli apparatus quoque hostes insumunt. Caesar, pacis propositionibus spretis, Gulettam obsidet: ancipitem primum, tum caesareis propitium pugnae exitum, Guleta capta, hostium caedes aut fuga coronat.

„Hi veniam genibus, gestuque precantur inermi
Tendentes pro voce manus, vitamque sequestram
Sunt visi obsequium pietatis et aere pacisci.
Haerentes odiis alii, vitamque perosi
Se gaudeut mucrone peti; de culmine multi
Murorum saltu sese in praerupta dedere
Stagna sui immemores; miseri per inane natantes
Effugium salis mortemque bibere sub undis,
Aut caeci terrore natant dum stagna retenti
In vada falluntur limo haud obeunda palustri.“

Libro XX. Copias victoria in certamen alacriores factas ad Tuneti oppugnationem Carolus invitat; Aenobardi exercitum desperato impete sibi occurrentem penitus fudit, Tunetumque hostibus vacuum pompa triumphali accedit, in miseros ac supplices misericordia usus, decem servorum millibus in libertatem assertis.

Libro XXI. Urbis tunetanae primo sub ingressu adspectus.

„At pavidae attonitam matres errare per urbem
Per delubra deum, pueros trepidasque puellas
Implicitas dextris passu haud aequante trahentes."

Postquam cum Muleasse pristinae dignitati restituto pacta christianae reipublicae utiliora iniisset caesar et Gulettam reparandam iussisset, classe Messanam primum, ubi Sfortiae obitus et Gallorum in mediolanensem ditionem molimina ei deferuntur, dein Neapolim, mox Romam: qua occasione splendidiores universae civitatis apparatus pro Carolo splendide excipiendo.

Libro XXII. De rebus Italiae componendis tractaturi Romam adeunt regis Galliae legati, quorum eflata ita caesaris animum movent ut Franciscum in singulare certamen provocet. Cui declinando etsi pontifex nil intentatum prospero successu relinquat, tamen concordia neutiquam restituta. Caesar trans Apuae colles et Parmam profectus

Castra movet celerans qua culta Placentia montes
Hinc videt, inde Padum, properantique agmine nullum
Intermittit iter, donec cum gente receptus
Dicta ab Alexandro consisteret hospes in urbe."

Levam ducem Vercellis accitum quid actum exspostulat; quid agendum supersit consilio capto deliberat caesar.

Libro XXIII. Carolus Pedemontem invadens. Sabaudiae ducis ditionem paulatim sibi subdit; inde Antipolim petit, quae urbs *victa fores aperit.* Galliae fines transgressus Massiliam obsidendam parat, quam et improviso assultu tenere frustra molitur. Bellum hispanicum et ancipites Januae sortes Carolum de repente in Italiam revocant. Tandem Paulus pontifex rite timens, Turcarum potentia succrescente, res Italiae in peius ruituras, Carolum et Franciscum in decennale foedus consociat, tranquillitatis iamdiu exoptatae restitutor. Hic colaphon poemati imponendus sub fine libri nunciatur:

„Plaudere iam secura potes terra omnis, et omnes
Vivere felices populi: exoptata tot annos

Iam redit illa dies saturnia ab auspice caelo
Per vates promissa viris: vetus exolet aevi
Iam rubigo mali ferrique oblita rigores,
Aurea in hac regum nunc pace renascitur aetas."

Libro XXIV. Turcarum motus ad adriatici maris fines Veneti compescere aggrediuntur. Gandavum in Belgis rebellem caesar severioribus poenis mulctaturus, iter ab Hispania ingreditur et per Gallias, ubi basilice a Francisco rege exceptus, illuc tendit:

„Primores urbis laqueati colla volutis
Funibus et fuso dominum fleta ora rigantes
Supplicibus cum voce, genu pro pace fatigant.
— — — — — — — —
Parce viris et parce bonis: stent caetera iussu
Fixa tributa tuo, serventque novata perennes
Cuncta modos, utcumque nores, utcumque petuntur.
Redditus his caesar clemens ait: unica fratrem
Vicisti germana tuum: tibi cedere soli
Ira potest: tua sit servatae gloria plebis.

Extremum hunc poematis librum (cui deest pars potior, foliis quibusdam deperditis) complent poenae quibus Gandavenses afficiuntur.

Si rerum enarratarum materiem diligentius inspectem, non ibo inficias Guindani coaevi poema historiae eius saeculi illustrandae plurimum conferre: ita enim studiose accurateque singulas quasque tenuiores notitias, quae vel personas, vel loca, vel res, praesertim Italiae spectant, exhibet, ut satietatem quandoque ingerat. Eapropter grandiorem fingendi vim et poeticae facultatis copiam saepius ii desiderabunt qui castigatae narrationi, nec iniuria, fulgentes in carmine imaginum colores praeferunt. Quod mithologiae usum, is est in poemate modus a quo toto caelo Riccardus Bartolinus in suo *de bello norico*, aeque *Austriados* nuncupato, distat.

Caeterum habeo quod improbem vocabula aevi sequioris saepius adhibita, diversis vocibus easdem propositiones recoctas, modicam

membrorum ut et carminum cohaerentiam, stili negligentioris hac illac vestigia. Quid quod particula coniunctionis *que* sexto casui (quod auditu iniucundum) frequenter adnectitur, exempli gratia: *splendoreque, terroreque, aceque*, et crebra litterae vocalis elisio sub fine versus cum prima subsequentis, quod parce admodum apud melioris notae scriptores usuvenit, auctoris vitio vertenda. Adde quod, etsi Virgilium attente legisse et in sanguinem, prope dicam, convertisse frequenti exemplo Guindanus testetur, pluries tamen stili turgore saeculi decimi septimi propinquantis ampullas praenuntiat, Lucanum induisse visus: quod non tantum ex forma, verum etiam ex conceptu elucet, puta quando mare militi comparat: *Militis aequorei miseri occubuere sub armis*, vel aliis modis: *Infecere salis proiecta cadavera vultum sanguine — Urbis et obsessor famis est obsessus ab ira — parcae ut parcat anonae — flumina regis Eridani.* His non obstantibus, fatear necessest loca splendidiora eaque plura minime poemati deesse, ut documento sunt carmina in schemate oblata. Utinam manum extremam operi, in eius commendationem, auctor imposuisset, quod mors vetuit, ut infra dicturus sum.

Nunc de externa poematis historia. Antonius Campo etsi Guindano coaevus, triplici errato, quod et in editione altera[1]) denuo confirmatum est, haec scripsit loco superius citato: „Morì nel fine di quest' anno (1551) Sigismondo Guindano nostro cittadino, poeta molto eccellente: haveva questi composto dodeci libri di fatti di Carlo V imperatore in versi heroici, imitando con molta felicità il prencipe de' poeti Vergilio, ma ricevè egli poco o niun frutto delle molte sue fatiche, perciocchè avendo mandato a presentare quella bellissima opera scritta a penna, il cui titolo era *Austriados*, all' istesso imperatore Carlo, non vi ebbe da quel preucipe solito ad essere liberalissimo con tutti i virtuosi, premio alcuno, essendoli stata presentata poco avvedutamente da chi ne ebbe la cura, in tempo che sua maestà era

1) Milano. Bidelli. 1645. p. 172.

occupatissima nella guerra d'Allemagna, laonde il Guindano male avventurato, ritrovandosi povero e non potendo perciò far stampare la predetta opera, vinto da estremo dolore la gettò al fuoco, ed egli pochi giorni dopo infermatosi mancò di questa vita, uomo per l'eccellenza dell' ingegno degno veramente di miglior fortuna." Ex eo quod Bartolinus paulo ante memoratum poema suum in honorem Maximiliani I imperatoris in duodecim libros partitus sit, causam repeto quamobrem Campo coaevus, Guindani operi eundem assignarit librorum numerum. Cur autem commentitiam de Caroli imperatoris refutatione historiolam protulerit non liquet, nisi opinari velimus vel Guindani intentionem librum suum Carolo offerendi iam in vulgus elatam fuisse, vel poematis tunc temporis, uti putabatur, deperditi argumentum deprehensum, quod altera de opere igne absumpto fabella innuitur.

Saeculi decimi octavi initio, cum Franciscus Arisius cremonensis eadem quae Campo pronuntiaverit [1]), auctores diarii veneti [2]) codicem hunc manuscriptum apud Apostolum Zeno asservari nuntiarunt, epistolamque dedicationis ediderunt, quam, utpote operis fata nova luce affulgentem, et ipse profero: „Serenissimo Vincentio Gonzagae, duci Mantuae IV Joannes Parolus Cremonensis S. P. D. Dum rerum a Carolo V imperatore divino consilio et incredibili virtute gestarum magnitudine et gloria recens omnium animos summo stupore cum veneratione coniuncto mirum in modum cumularet, utraque re permotus etiam Sigismundus Guindanus poeta cremonensis ingenium et studium suum omne contulit ad eas heroicis versibus celebrandas et immortalitati consecrandas. Sed cum acri studio et cura diligenti opus illud suum limare et perpolire instituisset, morte interceptus quod voluit efficere non potuit. Id cum postea in manus meas pervenerit, tibi potissimum, serenissime dux, non sine aliqua mea in te observantia et pietatis significatione offerendum et dedicandum

1) Cremona literata. Parma, 1706, tom. II, p. 226.

2) Giornale de' letterati d'Italia. Venezia, 1713, tom. XIII, p. 216—220.

esse duxi; cum mihi penitus persuadeam nemini melius quam tibi posse commendari, tum propter affinitatem quae tibi cum tanto imperatore intercedebat, ob matrem tuam feminam lectissimam, et omnis memoriae omniumque saeculorum sapientia et sanctitate facile principem Eleonoram austriam, quae nuper fato functa, relicto nobis omnibus summo sui ipsius desiderio, ad caelestes choros migravit; tum propter genus quod ducis a Federico illo primo Mantuae duce, tuo proavo, viro omnibus virtutibus imperatoriis et bellicis laudibus clarissimo, cuius memoria et multorum aliorum ex tua familia virorum militari etiam gloria praestantium et illustrium in plurimis huius operis partibus, summa cum illorum laude celebratur. Cum autem certo sciam hoc opus ob argumenti tam sublimis gravitatem tibi fore gratissimum, ego etiam quodam modo gloriabor me illius auctori non parum gloriae attulisse, quod tibi potissimum illud tradiderim et dedicarim, qui cum ab illis summis heroibus ortum ducas, quorum laudes in eo comprehenduntur et divinarum eorum virtutum viva imago sis, et opus ipsum et auctoris famam et hanc meam in te observantiam tui clarissimi nominis splendore in perpetuum illustrabis."

Antequam manum ab opere dimoveam, quaedam de historia et habitu codicis adiungere opportunum duco. Codici sub forma maiori quam dicunt *in folio* quatuor centum quinquaginta duobus foliis chartae crassioris compacto unicus amanuensis viginti duo millia, plus minus, carminum exscripsit, isque non certe peritus, ita enim mensuram scripturae errores excedunt ut quandoque difficile sit sensum exerere. Annum quo codex descriptus definire difficile est, non item tempus, quod ex forma characteris et ex verbis in dedicationis epistola: *Eleonoram austriam quae nuper fato functa*, principio saeculi decimi octavi incidit. Codicem vero unde sumptum nostrum exemplar quis proferat? Antonius Dragoni, canonicus cremonensis spectatissimus, quem hac super re fueram per litteras sciscitatus, respondit testimonio clarissimi Vincentii Lancetti fisus, eius poematis exemplum in scrimniis bibliothecae primum egregii iurisconsulti comitis Joannis

Jacobi Torresini, serius doctoris Julii Bonelli, aeque cremonensis delituisse: addidit tamen illud desiderari in librorum thesauris marchionum Bergonzi Parmae et Antonii Pallavicini Cremonae, quibus, haereditatis iure, Bonelliana collectio inserta est. Nec magis profuerunt investigationes in bibliotheca marchionis Aroldi-Torresini-Erizzo Cremonae institutae, ob quas Francisco doctori Robolotto me gratum obtestor. Porro codicem hunc, utpote unicum pretiosissimum, bibliotheca palatina s. Marci sibi arrogavit, iussu Francisci I imperatoris, cum universa fere caenobii s. Dominici *(delle zattere)* Venetiarum, cui Apostolus Zeno propriam librorum supellectilem legaverat. ei cessit. **1139.**

Del modo che ha tenuto l'imperatore (Carolus V) per farsi arbitro d'Italia. (I. VII, 873, f. 102—103.)

Inc.: „Haveva la fortuna adoperate tutte le sue forze per far signor d'Italia l'imperatore, dandoli la vittoria di Milano . ."

Auctor cooevus coelo tenus imperatorem extollit, qui cum, per Mediolani victoriam et pontificem ac Galliae regem captivos, Italiae imperium facile consequi posset, maluit pacis artibus arbitrium (quod nunquam bello obtinuisset) in Italiam adipisci, sibi omnium voluntatibus et benevolentia devinctis. **1140.**

1559. *Christophori Schierlii* iurisconsulti, de forma regiminis reipublicae norimbergensis. (L. X, 302, f. 3—10.)

Inc.: „Non est hec norica respublica multum antiqua, quia principatum hunc Germaniae civitatum hominum memoria assecuta est, benignitate scilicet divina et cesarea . . ."

Auctor norimbergensis tractatiunculam octodecim capitulis conclusit, disserens de senatu; magno consilio; electoribus; magistris civium; magistratibus senatoriis; quinqueviris; praefectis rei bellicae, provincialis, tutoriae; sindicis civitatis; administratione iustitiae; iurisconsultis. Idem sub forma epistolae quae incipit: „Desiderat amplitudo tua . . quemadmodum respublica nostra regatur reddi certior . . ." dicavit Antonio Perrenoto

episcopo atrebatensi, anno 1559, *labores et operas meas duorum ferme dierum, quas . . manu mea semel tantum scripsi, vix relegi. Prout quodque verbum in buccam venit, ita in calamum incidit.* **1141.**

1561. Liber quem recentiores *Album* dicunt, Henrici Piperiti, ecclesiarum gustroviensium pastoris, cui admiratores et amici Henricus Moller et Albertus Lemrigerus amburgenses; doctores Justus Jonas, Caspar Crucigerus, Joannes Major, Paulus Crollius, Victor Ottingerus, Forsterus, Joannes Hermann, Joannes Schneideweyn; Georgius Rosfelt neapolitanus; luneburgenses Hieronymus Henninges, Lambertius et Jacobus Callenius; Michael Hadelerus, oldenburgensis; Chromus Rudnigerus pampergensis; Eusebius Menius, philosophiae decanus; Hieronymus Schyrlentius lipsiensis; Joachimus Mylius graboensis; Georgius Legelmeister revaliensis; Joannes Diverus silesius; Georgius Gudonus, Joannes Richoff, Philippus Zolius, Bartholommaeus Schönborn, Jacobus Kruegerus, Derleus Roschius, Joannes Durevus, epistolas, loca ex auctoribus, versus, sententias, hebraice, graece, latine, alemannice, anno plerumque 1561 inscripserunt. (L. XII, 232, n. 11.) **1142.**

1562. Jacobi Superantii, qua legati veneti ad Ferdinandum I imperatorem *relatio* Venetiis in senatu recitata. (I. VII, 909, f. 206—245.)

Inc.: „Fra tutte le cose che portano beneficio al governo di stato, quelle sono giudicate più utili che dimostrano le qualità delli regni."

Auctor die nona maii anni 1559 a senatu veneto ad imperatorem legatus missus, Venetias anno 1562 ineunte rediens, rei gestae rationem senatui refert. Ab austriacae domus origine, eiusque per coniugia incrementis orsus, non secus ac qui praecesserunt, imperatorem ac singula familiae membra, tum qua vitam privatam attinet, tum qua publicam, ob oculos ponit; ministros et consiliarios cuiusque ordinis, caesarem circumstantes; consilia varia et quae in iis tractanda. Regionis imperatori subditae fines ac partes designat, qua occasione Hungariam, Tran-

sylvaniam, Bohemiam, Silesiam, Moraviam, Lusatiam, Austriam, Tyrolim, praesertim quoad mores et instituta, describit. Germaniam per partes scrutatus, indolem populorum generatim, tum singillatim principum, archiepiscoporum, episcoporum, ordinis teutonici; eorum cum imperatore nexus; provinciarum redditus, sumptus, rei militaris vim, caesaris cum principibus exteris vincula. Turbas in electione regum Navarrae et Hungariae attingit. Qua protestantium negotium profuso sermone pertractat, haeresim lutheranam in sex supra sexaginta dissidentes societates dispertitam enunciat. Superantii legationem adeo Ferdinandus probavit ut equitem, veneta republica annuente, renuntiaverit.

Eugenius Alberi edidit in 'Relazioni', ser. I, vol. VI, p. 123—160, locis communioribus missis, ex codice riccardiano n. 1964, marciano melioris certe notae penitus neglecto. **1143.**

1563. Excerpta ex epistolis quas Joannes a Lezze et Michael Surianus senatui veneto dederunt quo tempore Vindobonam legati extraordinarii anno 1563 profecti sunt, ad gratulandum Maximiliano recens Romanorum regi renunciato. (I. VII, 1235, f. 64—65.)

Maximiliano die 25 octobris anni 1562 Francofurdiae regi delecto, legatio sub initio anni 1563 gratulata est. **1144.**

1564. *Ferdinandi* archiducis Austriae epistolae novem, germanice cum versione itala, ad baronem Franciscum a Turre, oratorem caesareum et archiducalem apud Venetos in 'Evangelium s. Marci' (ex codice ms. foroiuliensi) datae Pragae mensibus maio usque novembrem, anni 1564. (L. XIV, 47, f. 315—331.)

Has epistolas (quibus additum testimonium Caroli IV imperatoris de codice eodem: „Vidi librum 'Evangeliorum sancti Marci' de sua propria manu . . ." Justus Fontaninus exscribendas curavit e tertio volum. ms. in f°. epistolarum baronis Francisci Turriani ex comitibus Vallissaxinae, penes comitem Philippum a Turre. Sex, quae scilicet magis intererant, ab Justo Fontanino sibi communicatas edidit latine, cum notis eiusdem, Mont-

fauconius in 'Diario italico', p. 57—59; iterumque protulit Flaminius Cornelius in 'Ecclesiae venetae illustratae', tom. X, p. 281; universas, cum versione itala, Carolina de Alborghetti in 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre', Venezia, 1863, p. 39—53. **1145.**

1564. Excerpta ex litteris Michaelis Suriani, Leonardi Contareni, Marini Cavalli, Aloysii Mocenici, Vindobona senatui veneto, mensibus iulio usque octobrem anni 1564 datis, cum legati extraordinarii missi sunt ut Maximiliano ad imperii dignitatem evecto gratularentur. (I. VII, 1235, f. 66—69.) **1146.**

1565. Scriptum senatui veneto oblatum de locis Foriullii potioribus muniendis, aggressionibus alemannicis ac turcicis arcendis. (I. VII, 1008, f. 129—135.)

Inc.: „Havendosi a parlar del modo d'assicurarsi della patria del Friuli, la qual intendo quel paese ch'è compreso tra il mar . . ." **1147.**

1568. Philippi II Hispaniarum regis monita Joanni austriaco data. (I. VII, 995, f. 1—3.)

Inc.: „Hermano, Demas de las instruciones que os han dado en lo que toca al cargo de capitan general de la mar . . . Aranjuez, 23 madio, 1568."

Missis quae ad classis praefectum pertinent, ea rex proxime attingit quae hominem religiosum, bene moratum, principem spectant. Eapropter urget: Deo in omnibus confidat, saepius confessioni et communioni accedat, missam audiat quotidie, praeeat exemplo: hoc si praestet, *es el fundamento del credito y estimacion de los hombres.*" Sit benignus, pius, modestus, temperans; nominis dignitati consulat, a ludo abhorreat; nemini contumeliosus sit, sermone comis et congressu. **1148.**

1570. 13 maii. Hieronymus Altanus q. Blanchini de comitibus Servaroli, comes palatinus, creat. ex indulto Friderici imperatoris, tabellionem

imperialem Franciscum de Zaghis de Fagnigola, notarium apostolicum, ac investit more solito, cum annulo, penna et calamario. Actum rogat presbyter Valterius q. Vendramini de Polis, notarius et iudex ordinarius. (L. XIV, 102, n. 583.)

Membrana authent. **1149.**

1572. Maximilianus II imperator Thomam Rangonum, dictum philologum ravennatem, comitem sancti romani imperii instituit, privilegiis additis tabellionatus exercendi, nothos legitimandi, sex auratos equites ac totidem nobiles singulis annis creandi, doctores renuntiandi ec. Anno 1572. (L. XIV, 282, sub fine.)

Inc.: „Noverit integritas tua cesaream maiestatem nostram tuis bonis operibus motam tum in erigendo collegia studiosis, tum in nubendis virginibus . . .“

Exemplum chartac. antiquum extat sub fine codicis ms., pretiosiora Rangoni documenta continentis. **1150.**

Tunetum captum et deperditum (1151—1155).

1573—1574. Relatione di Tunisi et Biserta, con l'osservation delle qualità et costumi degli habitanti, fatta l'anno dell'impresa di esse per il serenissimo sig. don Giovanni d'Austria, l'anno 1573. (I. VII, 933, f. 233—240; XI. 146, f. 106—107.)

Inc.: „Il territorio di Tunisi è bellissimo, pieno d'olivi, dattoli et tutti altri frutti, terreni benissimo coltivati . . .“

Auctor (genere certe langobardus, quod observata cum patriis conferat), perbreviter urbe tunetana ac castro munito descriptis, fanum maximum depraedicat, cuius quatuor pretiosiores columnas secum detulit Joannes ab Austria. Ubi hunc narravit die 21 octobris Caput Carthaginis, *antiquitates* demirandi, ac venandi causa, petiisse, die 22 filium regis excepisse, 26 vero a Mauris

Kippozoritanis (de Biserta) muneribus cumulatum; regionis et incolarum indolem, nec non instituta religiosa, domestica, bellica illustrat.

Relationem consequitur numerus triremium (107), navium (31), militum (27,000), quibus facinus tunetanum perfectum est. **1151.**

1574. Narratio expugnationis Tuneti et Guletae per Turcas, a iulio ad dimidium septembrem anni 1574. (I. VII, 933, f. 241—263.)

Inc.: „La fortezza nuova che si cominciò in Tunesi era di sei baloardi di 18 canne di Napoli . . .“

Gabriel Serbellonus, oppidis Tuneti et Guletae praefectus, ab historia orsus novi oppidi muniti Tuneti (quod die undecima novembris anni 1573 incaeptum, pluribus vitiis obnoxium declarat), primum totam provinciam viceregis tripolitani gentibus sub fine iunii circumventam, dein ingentis turcicae classis adventum describit. Hostes dimidio iulio oppugnationem cum essent agressi, die decimatertia septembris arces occuparunt, magna Christianorum clade. Auctor belli captivus Constantinopolim mittitur, unde anno proxime insequenti historiam eius belli singillatim enarrat. **1152.**

1574. Exemplum litterarum *Sinan Bassae*, rei maritimae praefecti ad Turcarum imperatorem de Guletae et Tuneti expugnatione, in latinum sermonem conversarum. (I. VII, 933, f. 265—277.)

Inc.: „Die 12 iulii in insulam Gnido devecti sumus. Postridie cum Aphrice ora se nostro conspectui aperuisset. . .“

Commentarium diurnum oppugnationis Guletae et Tuneti narrationi Serbelloni fere ex integro respondet, nisi quod hic diem quo in arcem Turcae irruperunt, decimum tertium, Sinan Bassà decimum quintum septembris asserat. De Serbellono legitur: *Gulete quoque prefectus vivus in potestatem venit.*

Caeterum versionem ex turcica lingua valde commendat elegans latinae usus. **1153.**

1575. Jacobus Malatesta comiti Francisco Landriano respondet aegre tulisse nuncium sibi ab eo datum mense decembri anni 1574 de Tuneto et Kippozarito (Biserta) in Barbaria, oppidis munitis a Turcis in Christianos devictis, simulque eventus causas enarrat. (I. VII, 187, f. 14—16.)

Inc.: „Dal Cairoli di Milano mi fu mandato del mese passato una di vossignoria ill. fatta in Genova . . . Bergamo, 12 marzo, 1575." **1154.**

1573—1574. Hodaeporicum *Hieronymi Lippomani* pro Venetis in Poloniam legati missi, gratulatum Henrico Valesio ad regiam dignitatem Galliae recens evecto. (I. XI, 28, k. 149—183.)

Inc.: „Partimo li 20 decembre dell' anno 1573 di n. salute, di Venetia et lasciato prima Murano, poi Mazzorbo et Torcello nelle lagune pervenimmo alla Fossetta . . ."

Scriptor anonimus ex legationis comitatu, ut docet contextus, narrat die 20 decembris viam ingressum oratorem (die 20 septembris eius anni electum), et magnis itineribus per Carinthiam, Stiriam, Austriam inferiorem, Moraviam, extremo ianuario anni proxime subsequentis attigisse Cracoviam, unde extremo novembri remeat Venetias. Regionum corographiam, etsi continenti sermone, diligenter satis describit. Plura de Carinthiae fodinis; minores vicos illic et in Styria, Turcarum incursu arcendo munitos; eo lutheranam religionem radices altius egisse. Die prima ianuarii anni 1574 Neumarkt (quo loco integram noctem in medio foro adulteram faeminam cavea conclusam asserit) discedens orator, Saifler palatium venatorium a Ferdinando II exstructum admiratur, inde per Idunum (Judenburg) et Sanctum Michaelem, archiducem visendi gratia, contendit Graecium, quod aeque describit, ac *Nove civitatis* (Neustadt) ecclesias et valla. Oratorem Vindobonae portenta detinent, praegrandis elephas, gigas polonus, ursus humanam cervicem referens in diversorio ad insigne cervae. Vindobona die duocecima ianuarii excedens, per Kleinkirchen et Slankoviam (Austerlitz) Olumucium die 26

petit, ubi episcopum (Joannem XVII Grodetzki) recens defunctum adhuc inhumatum narrat. Moraviae universae et Olumucii in laudes effusus, Opaviae (Troppau) in Silesia dira precatur, quod hospitium denegaverit. **1155.**

1574. Idem anno eodem 1574, legationis suae relationem praelongam coram Senatu Venetiis legit, qua historiam Poloniae ab antiquioribus temporibus narrat, eiusque regni topographiam et statisticam, uti dicunt, longe fusiori sermone quam in hodaeporico evolvit. (I. VII, 879, f. 1—94.)

Inc.: „Poichè io sono stato ambasciatore per la serenità vostra et eccellenze vostre al sereniss. Enrico re di Polonia, et hora anco re di Francia . . .“ **1156.**

1575. 21 maii. *Maximilianus II* imperator cardinalium caetum hortatur ut deinceps ab instituto ducibus Ferrariae et Mantuae *serenissimi* et *altitudinis* titulos tribuendi abstineant, ne simultatibus inter Italiae principes fomentum addatur. (I. VII, 417, p. 343—346.)

Inc.: „Intelligimus nonnullos s. romane ecclesie cardinales illustri Alphonso II duci Ferrarie, Mutine, Regii, ec, ac Gulielmo duci Mantue . . . Prage, 21 maii, 1575.“ **1157.**

27 iulii. *Joannes Moronus*, nomine cardinalium, respondet: Ferrariae et Mantuae duces caesaris cognatos, ab eo privilegiis specialibus decoratos fuisse, propterea aequum visum illos a minoribus principibus secernere, quin se quoque putasse hoc gratius caesari futurum, eius tituli revocationem ab eorum ducum decore imminuto minime dissociari. (I. VII, 417, p. 345—346.)

Inc.: „Da Roma mi fu mandata pochi dì sono copia delle littere scritte da vostra maestà per la revocatione de' titoli . . . Janue, 27 iulii, 1575.“ **1158.**

1576. Relatio legationis ad Joannem de Austria, neapolitani regis vices pro Hispania gerentem, qua Hieronymus Lippomanus venetus menses novem anno 1576 functus est. (I. VII, 633; 877.

f. 63—134; 885, p. 681—856; 909, f. 246—267; 911, f. 79—100.)

Inc.: „Quando io fui mandato dalla serenità vostra e dalle vostre eccellenze sign. per ambasciatore al sig. d. Giovanni d'Austria, non pensai già che mi convenisse . . ."

Orator tractationem, qua summam rei publicae administrandae scientiam aperit, bifariam dividit, primo enim de regni indole ac partitione; populis; regiminis forma, constitutione, ministris, consiliariis; introitibus, vectigalibus, expensis; offensionibus ac defensionis rationibus initis: dehinc de Joanne de Austria ac de exercitu disserit.

Relationem edidit Eug. Alberi ex codice ms. florentino *Capponi* in 'Relazioni', ser. II, vol. V, p. 265—311, eo tamen mutilam ut quandoque germanus sensus desideretur, quandoque compendium, non absoluta textus compages legatur. Eam etsi nec imperium nec Austriae archiducatum pertinentem hic locandam censui quod Joannis de Austria historiam nova luce perfundat. **1159.**

Monita data Annibali Capuensi, nuncio apostolico Florentiae, legato vero extraordinario a Gregorio XIII Vindobonam misso, qua occasione, puto, Rodulphus II imperator renuntiatus est. (I. XI, 15, f. 3—7.)

Inc.: „Io sono di parere che vossignoria illustr. scriva con ogni commodità di messo, avvisando dove ella capita di luogo in luogo . . ."

Aulae romanae instructiones generatim se referunt ad naturam epistolarum pontifici exscribendarum, ad earum brevitatem, stilum, frequentiam, regesta tenenda, exemplum duplex, tabellarios. **1160.**

1578.
15 iunii.

Gregorius papa XIII instituit notarium et familiarem suum, comitem Hieronymum Purliliarum legatum a latere apud Rodulphum secundum, imperatorem electum, facultatibus variis collatis quoad res et personas, in iis quae ad visitationes sacras, concilii

tridentini observantiam, disciplinam, mores se referunt. (L. XIV, 201, f. 147—151.)

Bulla inc.: „Romanum decet pontificem suos ad remota procul nuntios, privilegiis apostolicis, quantum fert temporis et locorum ratio, cumulate prosequi . . . Rome, 15 iunii, 1578.“ **1161.**

1578.
24 septembris.

Fridericus archid. Austriae ducem Venetiarum hortatur ne eius subditi impedimenta ponant mercatoribus frumenta a regno Apuliae et agro Piceno ad Carsos et Histriam deferentibus. (L. X, 309, n. 48.)

Inc.: „Ordinamus ut in castella et oppida nostra in Carsis et in Istria . . . Grecii, 24 septembris, 1578.“ **1162.**

1579.
12 februarii.

Carolus archidux Austriae commendat Gregorio XIII pontifici suum pincernam Raymundum comitem a Turre, eo ut ab impedimento solvatur, nexus sanguinis ergo, cum sibi matrimonio iungendam desideret Ludovicam Mattiae Hofferi, capitanei Duini. (L. XIV, 48, f. 246—247.)

Inc : „Viros egregios pietate, litteris et moribus, nec non splendore familie ornatos beatitudini vestre dilectos esse . . . In civit. Grecensi, 12 febr., 1579.“

Exscripsit sua manu Justus Fontaninus ex apographo apud Ludovicum a Turre, edidit vero cum versione itala Carolina Alborghetti in 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre.' Venezia, 1863, p. 53—57. **1163.**

27 maii.

Relatione dell' eccell. sig. d. *Felippo Prenestain*, imperiale ambasciatore della maestà cesarea al gran prencipe di Moscovia. (I. VI, 187; VII, 528, f. 142—158; 915, f. 111—139; XI, 96, f. 50—74, 239—262.)

Inc : „Ho vicevuto le lettere di vossignoria ill. scrittemi alli 3 del mese passato qui in Lovitio di Polonia . . . Di Lovitio, 27 maggio, 1576.“

Codex quingentesimus vigesimus octavus ac exemplum alterum codicis nonagesimi sexti habent hoc principium; caeteri,

aliquot missis lineis, incipiunt: „Mi è stato di gran contento che vostra eccellenza abbia auto a caro quel poco di ragguaglio che le detti delle cose di Moscovia . . . Di Lovitio, 27 maggio, 1579“ (ut ex aequo).

Relatio respondet ex ungue impressae in 'Tesoro politico novamente impresso', Colonia, 1598, tom. I, p. 459—478, et cum versione latina in 'Philippi Honorii thesaurus politicus.' Francofurti, 1617, p. 280—292; latine tantum referunt. a. Joannes Zernegh in 'Historia rerum gestarum inter Ferdinandum et Johannem Hungariae reges.' Amstelod. 1662, 12°; b. Rudolphus Coronini in 'Operum miscellaneorum'. Venetiis, 1769, p. 304—314: uterque loco Prenestain legatum Joannem Coblenz a Prossek anno 1576 innuunt. **1164.**

1580. Notitia de controversia sociarum civitatum hansae teutonicae cum sereniss. dom. Elisabetha Angliae regina, ad illustrem principem dominum Alexandrum (Farnesium), Parmae Placentiaeque ducem, belgicarum provinciarum, regiae catholicae maiestatis nomine, gubernatorem et capitaneum generalem. (I. XI, 28, p. 297—311.

Inc.: „Multo tempore ante Henricum III, Angliae regem, sub initium anni Domini 1260, mercatores Alemannie . . .“

Auctor, quem Alexander Farnesius, litteris Montibus Hannoviae datis die 26 octobris anni 1580 huic notitiae offerendae fuerat hortatus, narrat *libertates ac liberas consuetudines*, domui Teutonicorum Londini, *Gildehallae* nuncupatae, in universa Anglia antiquitus attributas, singulari diplomate anno 1260, pluribusque aliis ultra annos tercentos privilegiis fuisse confirmatas. Cum vero post annum 1558, Anglorum ins monopolii in anglicanis mercibus sibi vindicantium opera, libertatibus et privilegiis societatis eiusdem, maxime vero concordiae traiectinae contraria prorsus statuerentur et re effectum sortita essent, idem Farnesio petenti proponit, Auglorum commercio impedimenta ponantur, praesertim societate inita ab Hansa teutonica cum Hispaniae et Poloniae regibus. **1165.**

1582.
13 martii.

Joannes Tautscher episcopus labacensis, visitator apostolicae provinciae aquileiensis constitutus, nuntiat capitulo aquil. crastina die Aquileiam venturum. (L. IX, 128, f. 329.)

Inc.: „Cum illustrissimus . . . Gregorii papae XIII nuncius cum potestate legati de latere . . . Goritie, 13 martii, 1582. **1166.**

13 martii.

Ei capitulum respondet gratum eius adventum futurum. (L. IX, 128, f. 329.)

Inc.: „Certiores nos fecit dominatio vestra rever. se cum mandato . . . Aquil., 13 martii, 1582.“ **1167.**

15 martii.

Joannes qui supra, capitulum admonet visitationem *in tempus magis commodum* differendam. (L. IX, 128, f. 329ᵇ.)

Inc.: „Accepimus litteras reverend. dominat. vestrarum quibus nobis responderunt . . . Goritie, 15 martii, 1582.“ **1168.**

Capitulum aquileiense respondet quemdam auctoritate apostolica missum ad id fuisse, ut ecclesiam aquileiensem visitaret. (L. IX, 128, f. 329ᵇ.)

Corrige 'Verzeichnisse der deutschen Bischöfe'. Minden, 1854, quo loco p. 50 auctor Joannem die 20 maii episcopali munere constitutum asserit. **1169.**

Quomodo et quare Gebhardus Truchsess e Waldburgo, archiepiscopus coloniensis a religione catholica ad Calvinismum transfugerit. (I. VI, 79, f. 61—64.)

Inc.: „Non fu solo Henrico VIII re d'Inghilterra che agli incanti d'una lusinghiera beltà, obbliatosi di se stesso . . .“

Auctor ab historia defectionis Henrici VIII originem sumens, enarrat archiepiscopum Agnetis de Mansfeldio, puellae e monasterio eductae amore captum, eam sibi connubio per concionatorem Brokerum iunxisse; sede eapropter pulsum confugium in Anglia rogasse, quod Elisabeth regina negavit, subsidio tantum

per oratorem suum Hagae Comitum dato, una cum epistola quae in opella legitur.

Notum puto Truchsessium promissis fisum, annuam sibi oblatam pensionem reiecisse, unde Joannis Casimiri calvinistae ope aegerrime vixit. **1170.**

1583. M. Antonii Barbari procuratoris notitiae senatui veneto exhibitae dum commissarius a Foriiulii finibus esset reversus. (I. VII, 1217, n. 13.)

Inc.: „Affine che del negotio per il quale io Marcantonio Barbaro procur. sono stato mandato per la sereniss. signoria et il sig. Vido Dorimberg . . .“

Auctor, bellis cum patriarchis ac pactis usque ad medium saeculum decimum sextum memoratis, graviora expendit momenta quae ad confinia inter Venetos et Austriacos se referunt, vias animadvertit quae Austriacis in Forumiulii apertae easdem pandi et Turcis, ut ex horum incursuum historia patefit; quapropter Utini novis moenibus, propugnaculis et fossis instruendi opinione reiecta, montes prope Isontium, Brazzanum, Strassoldum, Sanctum Heliam, quasi a natura parata praesidia, munienda proponit. **1171.**

1587. m. iulio. Forma capitulationis proposita a *Ferdinando* Austriae archiduce, comite Tyrolis, Venetis, *circa remissionem et persequutionem bannitorum et aliorum sceleratorum utrinque servandam.* (I. VII, 352, f. 6—8; 1109, f. 6—9.

Ferdinandus Venetorum votis indulgens, offert Vincentio Gradonico legato ad caesarem pactionem novem capitulis, quam ratam habendam orator senatui Venetias transmittit, mense iulio, anni 1587. **1172.**

23 iulii. *Carolus*, archidux Austriae, comes Tyrolis, Joanni Grimano patriarchae aquil. dum significat libenter intellexisse redactum in suam potestatem ac carcere detentum *hereticum omnium perversissimum* Petrum Kuplenikh, suadet *ne nimis tenaciter contra illum procedat.* (L. IX, 128, f. 90.)

Inc.: „Reddite sunt nobis vestre rever. dominat. littere que nobis perlectu vel ob id precipue iucundissime fuere . . . Graz, 23 iulii, 1587.“ **1173.**

1588.
1 augusti.

Vitus a Dorimbergo, caesaris a secretis, Vincentio Gradonico apud eund. caesar. oratori dat scriptum memoriale in usum commissariorum ex utraque parte archiducali et veneta, finium dissidiis avertendis inter Albonam et Lipoglavum, Pisinum et marchionatum Pietra Pelosa. (I. VII. 352, f. 142—144.)

Inc.: „Che li commissari nominati dall' una et l'altra parte debbino quanto prima convenuti di un giorno . . 1 agosto, 1588.“ **1174.**

1587—1590.

Poloniae res — Maximilianus archidux Austriae.

(1175—1181.)

1587.

Notitia disceptationum quae anno 1587, quo actum Varsaviae de rege Poloniae eligendo, obvenerunt. (I. VII, 877, f. 334—351.)

Stephano Bathori anno 1586 demortuo, regalem dignitatem inter caeteros sibi quoque demandari petebant Ernestus, Matthias, Maximilianus Austriae archiduces, annitentibus imperatore, Hispaniae rege, pontificis ad diaetam oratore, Christophoro Sboroschi e Poloniae proceribus. Quid, fratribus renuentibus, egerit Maximilianus ut coronam assequeretur, auctor (quem ducis Mantuae ablegatum fuisse ex adiunctis liquet) profuso sermone edisserit, usque ad eius captivitatem. Plura de hac re in epistolis Vincentii Gradonici oratoris ad senatum venetum, quae subdo. **1175.**

1587—1589.

Regesta litterarum quas Vincentius Gradonicus, Matthaeo Zane pro Venetis ad caesarem legato suffectus, dat senatui veneto ex

Oeniponto et Praga, a die 7 iulii a. 1587 ad octavam maii, 1589. (I. VII, 352, folia 396; 1109, folia 161.)

Quasdam sub initio duo legati Zane et Gradonicus, sub fine Gradonicus et Joannes Delphinus successor una subscribunt. Agitur in iis de confiniis austro-venetis, bannitis et transfugis, re Uscocorum. Verum ea de quibus fuse et copiose legatus in epistolis disserit, sunt quae ad Austriae archiducem Maximilianum ac eius molimina ut Poloniae rex renuntiaretur, se referunt: eapropter codicibus iisdem plura insunt ex authenticis documenta desumpta, quae lucem plurimum argumento affundunt. Ea sunt: 1. Theodorus magnus princeps Moscoviae Maximiliano gratulatur de regia dignitate collata, hortaturque cito Poloniam adveniat. Incip.: „Intelleximus cum singulari animi gaudio ex magnis legatis nostris quos ad conventum varsoviensem ablegavimus... Moscovie, anno a condito mundo 7096 (1587) septembris.“ (I. VII, 352, f. 4—5.) 2. Propositiones a Poloniae legatis Maximiliano statim post obitum Stephani Bathori factae. Confirmatio virium et conditionum in electione novi regis Varsaviae utrinque propositarum. Articuli legum et libertatum iisdem dominis legatis a proceribus regni Poloniae et magni ducatus Lithuaniae oblati, Olomucii, 27 septembris, 1587 (cod. 352, f. 29—34; 1109. f. 157—161). 3. Conditiones post bicinense praelium Maximiliano a Poloniae cancellario traditae die 24 ianuarii 1589. Inc.: „Prelio ita, quemadmodum Deo visum fuerat, perfecto, sereniss. archidux. (cod. 352, f. 239—240; 1109, f. 97—98.) 4. Transactio pacis inter caesarem et regem Poloniae per legatos, data Rithum et Beudzini die 9 martii, 1589 (cod. 352, f. 230—237, 269—277; 1109, f. 95—96). Transactionem caesar die 3 aprilis, 1589 ratam habuit. 5. Nuncium ad caesarem missum *a cancellario Poloniae ad sexaginta millia florenorum angarorum inter episcopos, nuncios aliquot terrarum et mareschalcum magnum Opalniski numerata esse, et palatino cracoriensi villas quasdam concessas esse ut sibi in exclusione Maximiliani asserentur.* Inc.: „Heri 30 martii maiori parte senatorum cancellarii

Poloniae prensationibus et versutiis tandem victa . . . 1 aprilis, 1589." — 6. Officium liberi baronis de Osterga legati poloni ad caesarem, quo dolet de dissidiis inter caesarem et Poloniae regnum, pacis capitula ex parte regis confirmat, ac sperat pacem inter domum Austriae ac regnum Poloniae perpetuo futuram. Inc.: „Ea rerum humanarum sors est atque conditio, ut nihil in illis tam firmum, tamque stabile, quod aliquando . . . . m. aprili, 1589." (cod. 352, f. 247—250). — 7. Officium cardinalis Razivil et palatini Cracoviae, legatorum polonorum eidem caesari, eadem quae superius confirmantes. Inc.: „Etsi superiorum temporum dissensionem fato potius aliquo quam a mutui animi alienatione aliqua invectam . . . 24 iunii, 1589." (cod. 352, f. 263—264.) — 8. Historia declarationis Maximiliani archiducis iusiurandum in conventis promissum dare abnuentis, quo tempore a captivitate redux per Uratislaviam, Bittonium concessit. Eius repulsae momenta expenduntur. Inc.: „Venuto in Polonia il rumore dell' incursione de' Turchi, comosse il cancelliere il negotio di ricondur il ser. eletto re Massimiliano" (It. VII, 186, f. 125—130). — 9. Narratio liberationis seren. Maximiliani. Inc.: „Allato in Poloniam rumore de irruptione Turcarum et Tartarorum, cancellarius de deducendo ad confinia ser. electo rege Maximiliano . . m. septembri, 1589." (cod. 352, f. 310—312.)

Spartae huic historicae penitius illustrandae conferunt documenta hac super re ex 'Codice diplom. regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae'. Vilnae, 1758, tom. I, p. 235—272, 281—287.

1176.

1588. Episcopus cuiavensis in Polonia Rodulphum II imperatorem deterret a tradenda sórore cuidam ex inimicis regis Poloniae, proptereaque istius amicitiam illi asserit. (I. VII, 352, f. 153—154; 1109, f. 72.)

Inc.: „Dominus meus invictissimus ac potentiss. princeps orbis terrarum, cum resciret episcopum romanum ad maiestatem . . 1588." **1177.**

1588. Rodulphi II proposita quinque articulis in conventu ordinum regni Bohemiae, quoad irruptiones a Tartaris et Polonis in Silesiam factis. (I. VII, 352, f. 86—87, 94—96.)

Inc.: „In primis sacra cesarea maiestas gratias agit obedientibus et fidelibus huius regni statibus . . . a. 1588." **1178.**

Responsum datum caesari in eodem conventu. (I. VII, 1109, f. 44—47.)

Inc.: „Inprimis quo ad excursiones per Tartaros et Polonos in Silesiam factas et damna per eosdem illis locis inlata . . ." **1179.**

1588—1589. Rodulphi II, Sigismundi Poloniae regis, Hyppoliti cardinalis Aldobrandini epistolae quinque latine super induciis inter imperium ac Poloniae regnum, a novembri anni 1588 ad integrum mensem ianuarii 1589 constituendis, ut pacis negotium commodius tractetur. **1180.**

1590. Oratio qua legatus Andreae cardinalis Bathori Sigismundum deterret a Transylvaniae principatu Maximiliano austriaco tradendo. (I. XI, 28, p. 313—318.)

Inc.: „Mirabitur forte seren. celsitudo vestra quod post tam longum ac diuturnum silentium, nunc demum illustr. cardinali subierit . . ."

Cum opinio obtinuerit Sigismundum transylvanum, Turcarum, Austriacorum, caesaris vicinitatem pariter metuentem, de commutando principatu cum possessionibus in Bohemia apud Maximilianum II egisse, orator profert nullum exinde emolumentum, quin potius damnum principem consequuturum; familiam bathoream ab annis ducentis occupasse Transylvaniam; minime pusillo animo patiatur principatus in novercae manus deveniat; regnum a maioribus legitime traditum sapienter moderetur; aliquid esse causae cur Maximilianus Transylvaniam incertam et inquietam, patrimonio certo et tranquillo, quod aeque Ernesto et Matthiae archiducibus adscriptum foret, praeponat; demum cardinalem

episcopatum varmiensem ac praeposituram michoviensem sponte patruo oblaturum, eius desideriis explendis.

Caeterum constat Sigismundum in nationis conventu principatum detulisse Andreae nepoti, cui Michaelis vaivodae et Georgii Bastae armis petito tandem anno 1599 caput obtruncatur. **1181.**

1592.
10 decembris.

Ernestus archidux Austriae, comes Tyrolis, patriarchae aquil., Goritiae comitatum visitaturo, commendat requirendos esse sibique significandos haeretica labe aspersos *tam ex nobilibus terre Goritie quam aliis Raifenbergi et Vipaci*, ut in illos condigna poena statui possit. (L. IX, 128, f. 88.)

Inc.: „Accepimus non sine animi displicentia quod aliqui tam ex nobilibus... Grecii, 10 decembris, 1592." **1182.**

1593.
20 iulii.

Idem laudat Franciscum Barbarum patriarcham aquileiensem, pro gestis in visitatione comitatus goritiensis, monetque suo locumtenenti serio iniunxisse ut brachium saeculare contra haeretica labe inquinatos et inobedientes impartiri non recuset. (L. IX, 128, f. 89.)

Inc.: „Ex litteris . . labores suos in visitatione goritiensi laudabiliter peractos . . Eberstorf, 20 iulii, 1593." **1183.**

1593—1594.

Epistolae (dispaccj) ultra bis centum quas *Thomas Contarenus*, venetus ad Rudolphum II imperatorem orator, fere omnes ex Praga et Ratisbona, senatui veneto a die 8 octobris anni 1593 ad 22 novembris a. 1594 dedit, quibusdam insertis status inquisitoribus et capitibus decemvirum Venetiarum, provisori generali Palmae, magno Hetruriae duci. (I. VII, 1065—1066.)

Volumina duo, f°.: tertium, uti e contextu patet, desideratur: desiderantur quoque inserta documenta, quorum frequens in epistolis mentio.

Contarenus Joanni Delphino in legatione suffectus, Vindobonam praecipue mittitur ut de non intermissis Uscoccorum depraedationibus conqueratur ac ratisbonensi conventui adstet. Quae senatui identidem refert, sunt de variis belli hungarici in Turcas

conditionibus; auxiliis in teterrimum hostem vel ab equitibus teutonicis, vel ab imperii, vel ab Italiae principibus praestandis; de iis quae singulari ausu Vindobonae parata sunt ad Turcas arcendos, summo armorum praefecto designato Ferdinando archiduce. Hic loci, ubi de propugnaculo quod terra aggeratum Vindobonae exstruxit Laelius Spanocchi senensis (qui castris Hungariae muniendis praefectus, in itinere Vindobona Pragam versus, curru exiliens, aprili 1594 periit) disserit, animadvertit: „In diverse parti non vi sono cortine, se non di muraglia antica et senza terrapieno, alcuni ballovardi sono di terreno senza incrostatura di pietra, et perciò facilmente possono essere rovinati o dalla zappa o dalla pioggia: gli orecchioni delli ballovardi sono piccoli et non cuoprono le cannoniere, sí che non possono essere imboccate: la fossa è stretta et le spalle dei ballovardi s'estendono così fuori che lasciano pochissima distanza dalli suoi corpi alla controscarpa."

Conventum ratisbonensem dissidiis Catholicos inter et Protestantes amovendis indictum, horum malis artibus quotidie magis dilatum, quoadusque mense maio anni 1594 coeunt principes, caesare die 18 eius mensis magna pompa accedente. Rebus plerisque infectis, recessus a comitiis die 19 augusti denunciatus non tamen effectum sortitur, quod, imperatore remanente, principes quoque et legati immodicis sumptibus adesse cogerentur. Quae ulterius orator attingit sunt: a. Archiducalium austriacor. querelae de castro munito Palmae a Venetis in Turcas recens aedificato. — b. Uscocorum motus. — c. Processus comitis Ardec ob ammissum Giavarinum. — d. Facta Ernesti archiducis austr. in belgicis provinciis. — e. Tartarorum cum Turcis in Christianos societas impedita.

Orator Valerium Antelmi sibi a secretis, senatui veneto eodem munere adiungendum proponit: grates agit de pecunia dono missa. **1184.**

1594. Considerationi della guerra d'Ungheria contra il Turco, dell'ill. sign. *Tommaso Contarini.* (I. VII, 704, f. 1—46.)

Inc.: „Prima li Tedeschi sono discordi tra di loro nelle provvigioni della guerra, come si è veduto nel difendersi dai Turchi . . .“

Quae auctor biennio Vindobona senatui veneto aliisque, per litteras, de bello hungarico communicaverat, dissertatione resumit: Alemannos imperatori diffidere; imperii et Italiae negotiis obesse auctam, caesaris tarditate, celeritatem Turcarum; hos per Temenum (Temeswar) et Hungariam in Vindobonae expugnationem contendere, per Croatiam vero, Forumiulii et Italiam universam bello sibi subigere paratos; eapropter Italiam Germaniae in bello consociari esse necesse. Ubi hungarici et turcici exercitus rationem variam in peditatu, equitatu, armis, tormentis bellicis, curribus, commeatu, habitu, vestibus animadverterit; alemannicas, hungaricas, italas copias turcicis praestare testatur. **1185.**

1595. Descrizione del lungo et travagliato viaggio che hanno fatto li cento italiani o pur toscani, eletti dal seren. di Toscana et dal medesimo mandati al principe di Transilvania, nel quale è anche il successo della guerra fatta felicemente questo anno contro il Granturco et a Sinan suo Bascià. (I. VI, 108, f. 38.)

Inc.: „Se mai azioni alcune politiche et militari, havendo riguardo al principio, al mezzo et al fine loro . . .“

Ferdinandus I, magnus dux Etruriae, mense iulio anni 1595 centum milites, praefecto Sylvio Piccolomineo, ad Sigismundum Bathori Transylvaniae principem legatos cum muneribus misit, eius connubium cum Maria Christina austriaca gratulaturos, reapse vero ut ferrent cum imperialibus in Turcas suppetias. Auctor, qui rei bellicae peritus gestis adfuit, ubi itineris per Ferrariam, Tridentum, Hallam ad Oenum, Vindobonam, Hungariam superiorem et Pannoniam inferiorem difficultates attigit, eorum adventum die 28 septembris a. 1595 ad fines Transylvaniae enarrat, ac proinde ostendit quid adiumenti ex iis militibus anno proxime insequenti Transylvaniae princeps sumpserit, dum Tergovist, Thyanum (Bucharest), Giorgiù in Turcas expugnavit. **1186.**

1595.
6 decembris.

Diploma teutonice scriptum, quo Rodulphus II imperator Georgium Pirkhel Venetiis degentem, ob egregie praestita in favorem imperii et domus austriacae, in nobilium ordinem refert, perpetuo iure pro haeredibus utriusque sexus valituro. (L. V, 58—59, n. 46.)

Inc.: „Rudolff der Ander . . Wiewol wir aus römischer kaiserlicher Höhe und Wirdigkeit, darein wuns der Almechtig, nach seinem göttlichen Willen, gesetzt hat . . . Prag. 6. Dec. 1595."

Membranae folio maximo, lineari pictura concinne ornatae, cuius gentilitia insignia, in ipso documento minutatim quoque descripta, prophana abscidit manus, idem subscripsit Rudolphus. **1187.**

1596.

Thomae Contarini equitis, oratoris pro Venetis ad caesarem, *relatio* propriae legationis Venetiis in senatu recitata. (I. VII, 912, f. 114—170.)

Inc.: „I regni e stati dell' imperatore non sono sicuri dai nemici, perchè non hanno fortezze fondate . . ."

Thomas Contarenus, die 30 aprilis a. 1692 orator ad caesarem dictus, legationem germanicam pro hispanica (cuius *relatio* oblata anno 1593) distulit. Legatus in Germania ante mensem octobrem a. 1595, non tantum, redux sub fine anni 1596, quae historiam eius temporis, quam quae ad diversorum eius regionis statuum indolem, religionem, vim militarem, redditus tam singulatim quam comparate attinent, senatui veneto refert. Edidit Alberus in 'Relazioni', Firenze, 1862, ser. I, vol. VI, p. 193—248 ex musaeo corrario veneto. (Filza B, 3. 5.) **1188.**

1597.
31 octobris.

Franciscus Barbarus patriarcha aquil., Georgio Stobaeo episcopo lavantino gratulatur quod ab arcanis caesaris factus sit: nuntiat iter Romam proxime se instituturum. (L. IX, 128, f. 330.)

Inc.: „Accepto nuncio de vestre rever. domin. promotione apud sereniss. Ferdinandum archiducem . . . Utini, 13 octobris, 1597." **1189.**

1597.
31 octobris.

Georgius episcopus lavantinus, dum agit grates Francisco Barbaro patriarchae aquil. quod de eius promotione laetatus sit, tempora muneri proprio obeundo difficiliora scribit. (L. IX, 128, f. 330[b].)

Inc.: „Allevarunt me non parum, illustriss., littere verentem ne non recte fecissem . . Grecii, prid. cal. nov. 1597." **1190.**

1598.
28 martii.

Rodulphus imperator Raymundo comiti a Turre, Goritiae marescalco haereditario et ad pontificem oratori mittit *instructionem,* quomodo prudenter se gerere debeat, iubetque statim Romam proficiscatur. (L. XIV, 48, f. 247[a]).

Inc.: „Expeditis tandem iis que nostra hactenus consilia tardarunt, mittimus instructionem . . Prage, 28 martii, 1598." **1191.**

28 martii.

Idem Clementi papae VIII commendat litteris fiducialibus oratorem suum Raymundum comitem a Turre, qui gratuletur de rebus ferrariensibus compositis, et exponat quae ad salutem publicam pertinent. (L. XIV, 48, f. 247[b].)

Inc.: „Mittimus ad sanctitatem vestram magnificum, fidelem, nobis dilectum Raymundum comitem a Turre . . 28 martii, 1598."

Utramque a Justo Fontanino, ex apographo apud Ludovicum a Turre exscriptam, edidit Carolina de Alborghetti, cum versione itala, in: 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre'. Venezia, 1863, p. 57—60. **1192.**

1599.

Franciscus Barbaro patriarca aquil. conqueritur cum Georgio episc. lavantino, quod capitaneus Tulmini vim intulerit archidiacono capituli aquileiensi visitatione ordinaria dioecesim lustranti. (L. IX, 128, f. 330—332.)

Inc.: „Iam tertio ad vestr. rev. dominat. confugio, opem implorans contra vim a capitaneo Tulmini . . (maio vel iunio) 1599." **1193.**

1600 (?). *Hugonis Blotii* oratio ad Rodulphum II imperatorem, pro domibus suis. (L. XI, 125, p. 44.)

Praefatio inc.: „Quod satellites et apparitores tui, sacratissime cesar, me hisce diebus . .“; epistola ad lectorem: „Si cui forte hec nostra oratio acerbior paulo visa fuerit . .“; oratio vero: „Cum multa divinitus, Rodulphe cesar auguste, imperator iustissime . . .“

Hugo Blotius Delfensis (e Delft), primus anno 1576 praefuit bibliothecae caesareae vindobonensi quae, Lambecio teste, *quantum sub eius prefectura numero et excellentia librorum crevit, tantum etiam fulgere cepit gloria utilitatis quam inde percepit res litteraria* [1]). Quod libros nimis liberaliter commodasset, complures ex iis disperierunt, ipseque *in non levem offensionem in aula incurrit.* In oratione (quam in eius mss. codicibus bibliothecae caesar. vindobon. desideras) acrius conqueritur de metatore aulico seu, uti appellant, *magistro quarteriorum*, quod iuribus suis in binas domus offecerit. Addit se in neutra sua domo, *sed in vili quodam horti mei suburbani tugurio latitantem; nam quo minus me ad augustam maiestat. tue bibliothecam recipere queam, impedit stabuli et celle vinarie defectus.* **1194.**

Saeculum XVII. Rerum germanicarum compendium, austriacarum praesertim, ineunte saeculo decimoseptimo, consilio decemvirum Venetiarum sub firma epistolae transmissum. (I. VI, 186, f. 230—239.)

Inc.: „La Germania è la più grande e la più populata provincia d'Europa . . .“ **1195.**

1604. Capitulum Civitatis Austriae grates agit Georgio episcopo lavantino quod, auctoritate sua apud Ferdinandum archiducem,

1) Commentariorum de biblioth. caesar. vindob. Vindobonae, 1766, lib. I, col. 88—89.

sibi adiumento fuerit, de quo certius factum est per orationem a quodam ex propriis canonicis coram Ferdinando habitam. (L. IX, 128, f. 332.)

Inc.: „Valde nos affecit, ut debuit, canonici nostri nuper hinc reversi . . In Civitate Austrie, 9 iulii, 1604.“ **1196.**

1607. Relatio *Francisci Superantii*, legati pro Venetis Vindobonam ad imperatorem anno 1607 missi. (I. VII, 696, f. 35.)

Inc.: „Quanto sono stati più grandi et più varj gli accidenti che sono occorsi et nel paese et fuori, nel tempo . . .“

Etsi orator, Petro Duodo suffectus, initio statim asserat quatuor annis id muneris obiisse, tamen patet e contextu orationem in senatu anno 1607 tantum habitam, quam tripartitam sic dividit ut primo de Turcis Hungariam vastantibus ac de profligatis eius regionis conditionibus; secundo de religionis in Germania dissidiis, ex Hussitarum, Luteranorum, Calvinistarum, Anabaptistarum sectis; extremo de imperio, caesare et eius familia, imperii principibus, ducibus, administris, re militari, impensis, tributis. Quod singillatim annotat auctor, aerumnosas domus austriacae in bello sortes, subditorum defectionibus, rebellionibus hungaricis, frequenti ministrorum mutationi, ducum in pugnis imperitiae, aeri publico dissipato tribuendas; partim quoque Rodulpho imperatori (cuius solitariam vitam agentis naturam, habitusque insolentes quasi acupingit). Cum lites de confinibus, acta ad Uscoccos exterminandos, Pauli V pontificis interdictum leviter attigerit, sub fine proprium a secretis Joannem Girardum patera argentea ab imperatore donatum laudat. **1197.**

1608—1609. Viaggio per Francia, Fiandra, *Germania*, fatto dall' eccell. s. *Zorzi Zustinian*, nel ritorno a Venezia dall' ambascieria ordinaria in Inghilterra, l'anno 1608.

Inc.: „Havendo l'illustr. et eccell. sig. Giorgio Giustinian mio signore finito il tempo della sua ambascieria . .“ (1608—1609).

Quidam ex legationis comitatu narrat oratorem extremo novembri anni 1608 Londino discedentem, per Cantuariam, Caletum,

Dunikerkam, Brugas, Antuerpiam, Rotterodamum, Lugdunum Batavorum, Amstelodamum, Traiectum ad Rhenum, Arnhemum, ad arcem Schinchencans (quam minutatim describit) in Cliviae ducatum die 31 decembris advenisse. Cliviam metropolim eiusque familiam principem ac rem militarem; Coloniae ad Rhenum cathedralem ecclesiam, in eaque corpora magorum ac caput d. Ursulae (quod in ecclesia s. Simeonis Venetiis asservato comparat); Confluentiam; Moguntiam; Francofurtum; Hanoviam; Ottimburgum (quo loco sagae, archiepiscopi moguntini iussu, igni traditae); Curiam regis badensis; Merghental (ubi palatium Maximiliani austriaci archiducis demiratur); Norendorfium; Augustam Vindelicorum, qua continenti, qua fusiori sermone describit. Augustanae urbis armamentarium ac Maximiliani imperatoris monumentum oenipontanum longa oratione exprimit.

Opus iis qui odaeporica vel nationalia, vel singularum provinciarum aut urbium Germaniae colligunt, lectu necessarium puto. **1198.**

1609.
27 septembris.

Franciscus Maurocenus, cum legatus in Galliam anno 1609 proficisceretur, narrat duci Venetiarum se honorificentissime in palatio eius ducis fuisse exceptum, qua occasione plura de urbibus Ulma et Stugardia, nec non de castro munito Asperg. (I. VII, 1114, f, 125—127.)

Inc.: „Arrivai l'altro ieri in questa città, essendo stato incontrato da sua altezza, dal sig. di Layming . . Stucard, 27 settembre, 1609." **1199.**

m. octobr. nov. dec.

Exemplum undecim epistolarum quas itale Paulus Sarpius Francisco Priolo legato ad caesarem veneto, dum Pragae esset, dedit, a die decima sexta octobris ad decimam octavam decembris, anni 1609. (I. XI, 42, f. 2—19.) Edidit Joannes Selvaggio in 'Raccolta delle opere di F. Paolo Sarpi'. Napoli, 1790, vol. XII, p. 257—296.)

Auctor legatum instruit de actis eorum dierum politicis, plura interserens de rebus Germaniae, maxime de *confessione bohemica*, Christiano principe Anhalti, ducatu Cliviae, Leopoldo Austriae archiduce, conventu principum protestantium Hallis Sueviae. **1200.**

Quaestio Juliaci, Cliviae et ducatus Montani (Berg).

(1201—1208.)

1609—1610. Versio itala protestationis qua Ernestus marchio Brandeburgi, dux Borussiae, et Wolfgangus Willelmus palatinus Rheni, dux Bavariae, administri electoris brandeburgici et palatini Neoburgi pronuntiant status principatus Cliviae ut et comitatus Marchae ac dominii Rauenstein sponte legitimis haeredibus subesse, quibusdam conditionibus additis. Duisburgi, 14 iulii, 1609. (I. VII, 1114, f. 180—181.) **1201.**

1609. 30 iulii. Exemplum epistolae itale versae Leopoldi archiducis Austriae statibus Hollandiae, qua, dum avi sui Rodulphi imperatoris iussu, castrum munitum Juliaci occupasse testatur, admonet ne principes Brandeburgi et Neoburgi, potestati supremae rebelles, consilio aut opere adjuvent, quin immo a quibusdam agendis absterreant, quoadusque germana successionis iura edicantur. Juliaci, 30 iulii, 1609. (I. VII, 1114, f. 182—184.) **1202.**

1609—1610. Regesta epistolarum ex integro quas eques Franciscus Priolus, orator ad caesarem dat senatui veneto, omnes e Praga, a die 9 septembris 1609, ad 10 maii 1610. (I. VII, 660, fol. 113.)

Priolus die sexta iunii anni 1609 Marino Cavalli legato suffectus, diem obit in legatione supremum 23 maii 1610. Itinere serius instituto per Grignum, Brixiam et Halam Tyrolis, Passaviam, Vindobonam minime visit, quod Rodulpho esset molestum. De quibus frequenter in epistolis actum, sunt reli-

gionis dissidia; negotium politicum Juliaci, Cliviae et ducatus Montani (Berg); Donaverdae (Donauwörth) urbis quaestiones. **1203.**

1609. Acta Philippi Ludovici comitis palatini Rheni, super negotio Cliviae et Juliaci, anno 1609, mense septembri usque decembrem. (I. VII, 1114, f. 121—123, 129—134.

Cliviae et Juliaci duce defuncto, Philippus Ludovicus iuribus Wolfgangii filii in eum ducatum vindicandis, mittit Venetias Danielem ab Hutten legatum, qui die 19 septembris, a. 1609 in senatu mutua sui principis cum republica benevolentiae testimonia renovari, ac ea iura fulciri desiderat. Respondet dux se in spem erigi res voto successuras, quod denuo a senatu confirmatum die 24 eius mensis, torque biscentum ducatorum eidem legato dono data. Cum interim Leopoldus dux Austriae Juliacum occupasset, idem legatus iterum Venetias repetit, die 16 decembris anni eiusdem, apud senatum instans pro auxiliis praestandis, praesertim pecuniae vi. Senatus primum per consiliarium Andream Gussonum, dein decreto 19 decembris dat verba officiosa. V. Rousset. *Histoire de la succession aux duchéz de Cleves, Berg et Juliens.* **1204.**

28 novembris. Philippus Ludovicus duci Venetiarum exponit difficultates in dies succrescentes super ducatu iuliacensi, ac rogat ut responsa eam causam faciliorem reddant, ad iura Wolfgangii filii in eundem ducatum vindicanda. (I. VII, 1114, f. 131—134.)

Inc.: „Quas dilectio vestra presentium exhibitori . . Danieli ab Hutten, Venetiis nuper discedenti litteras . . Neoburgi ad Danubium, 28 novembris, 1609.“ **1205.**

19 decembris. Leonardus Donato dux Venetiarum, Philippo Ludovico dolet *molestiam ipsi parari in possessione ducatus iuliacensis*, confidens *aliquid excogitatum iri, quo huiusmodi difficultatibus opportune provideatur.* (I. VII, 1114, f. 133.)

Inc.: „Accepimus excellentie vestre litteras, que nobis de eiusdem salute atque incolumitate . . . Venetiis, 19 decembris, 1609.“ **1206.**

1610.
3 maii.

Wolfgangii Willelmi epistolae binae autographae datae Düsseldorfio die tertia maii a. 1610, de iuribus propriis in Juliaci ducatum et de conflictu ea super re cum Ludovico archiduce Austriae. (I. VII, 1114, f. 173—176.)

Epistola prima duci Venetiarum incipit: „Intelleximus antehac pergrato animo tam ex litteris serenitatis vestre quam ex relatis Danielis ab Hutten . . .“; altera Thomae Contarini ad Belgas legato: „Nullum nobis est dubium, ill . . ., quin cum comitatu tuo Vesalium iam dum perveneris . . .“ **1207.**

1 septembris.

Capitula tredecim a principibus Brenoburgi (Brandenburg) et Naburgae claustralis (Neuburg) militibus ac incolis Juliae Clivorum asserta, dum de castri muniti deditione ageretur. (I. VII, 934, f. 259—260.)

Inc.: „Havendo li prencipi di Brandenburgh et Neuburgh già da principio promesso al fu re di lodevol memoria l'invincibil Henrico . . 1 settembre 1610.“ **1208.**

1610.
mense martio-iulio.

Thomae Contareni, veneti extraordinarii ad Belgas legati, epistolae viginti septem duci veneto datae a die 23 martii ad 11 iulii a. 1610 Bolzano, Oeniponto, Augusta Vindelicorum, Faignem, Heidelberga, Francofurdio, Colonia Agrippina, Düsseldorfio, Vesel, Arnhemo, Traiecto ad Rhenum, Aia Comitum, Lugduno Batavorum, Augusta Taurinorum, quibus quinque diversorum interseruntur. Eas profero quod maximi momenti historiae germanicae illustrandae sint. Contarenus enim narrat conventus quos habuit cum cardinali episcopo tridentino, archiduce Maximiliano Oeniponti, palatino Rheni electore Heidelbergae, marchione Brenoburgi et comite palatino Naburgae claustralis, qui

omnes hospitem basilice exceperunt: addit vero notitias de opificiis serici Roboreti, in damnum industriae veronensis institutis; nundinis francofurdiensibus (qua occasione syllabum offert alieno aere gravatorum); rebus ducatus Cliviae; statu religionis. (I. VII, 1114, f. 52—110, 188—190. **1209.**

1610.
21 maii.

Dona quae sacrae caesareae maiestati a Persarum regis legato allata sunt, sui regis nomine. (I. XI, 142.)

Inc.: „1°. Magnus topazius qui assimilatur cuidam mostarde . . . 21 maii 1601."

Reliqua sunt: aureus crucifixus; tres cultelli ex ferro damasceno; lignum indicum; fel pelicani; topazii tres; ametista; arcus persicus; adamantes orientales; frusta rhabarbari; lapis albus contra contagionem; clenodium cum tribus gemmis orientalibus, tribus adamantinis, quatuor rubinis, *triginta millibus talerorum aestimatum*; cornu serpentis. Finit elenchus: „Alias etiam res pretiosas habuit legatus persicus offerendas cesari, sui regis nomine, quas illi Moscovitae et Poloni surripuerunt." **1210.**

1552—1618.

Veneti et archiducales in Foroiulii — Uscocchi.

(1211—1233.)

1552—1554.

Excerpta ex epistolis equitis *Michaelis Suriani* legati ad Carolum V, senatui veneto, annis 1552—1554 datis de re Uscocchorum. (I. VII, 1235, f. 44—46.) **1211.**

Opinio de emolumentis in rempublicam venetam profluentibus ab obtento et servato dominio Goriciae et Gradiscae. (I. VII, 1217, f. 180—195.)

Inc.: „Ecco sodisfatto il desiderio che ha vossignoria ch'io dica l'opinion mia intorno l'utilità che mi persuado . ."

Emolumenta auctor ex soli natura et commercio enumerat; metallorum fodinas et pascua in montibus; loca fructibus consita, oliveta, cannabeta in collibus; segetes et nemora in planitie;

Goritiam urbem praeterea populi frequentia et nobilium ac divitum splendore adauctam; commercium, id maxime quod *transitus* dicunt, a Germania ad provincias transmarinas, florens; militum inde delectum plurimi aestimandum; faciliorem fiuium evigilandorum curam. Dissertatiunculam, ex rerum adiunctis, dimidio saeculo decimosexto puto exaratam. **1212.**

1567. mense aprili.

Hieronymi Lippomani relatio senatui veneto data de actis Goritiae quo mense aprili a. 1567 ad Carolum Austriae archiducem legatus missus est. (L. XIV, 52, f. 178—217.)

Inc.: „Se ben la causa principale che ha mosso la serenità vostra et le signorie vostre eccellentissime . .“

Narrat orator Carolum die duodecima aprilis Goritiam accessisse, ibique eum comiter adeo excepisse ut proprium pro hospitio palatium cesserit, die decimaquinta epulis illum adhibuerit. Die quarto emenso Gradiscam Carolum comitatur et remeat Venetias. Magnam orationis partem tribuit adiunctis quae Caroli eiusque ministrorum indolem; comitatus pompam; Styriae, Carinthiae, Carniolae situm minutatim quasi in imagine offerunt.

Caeterum quae orator egerit Andreas Maurocenus egregie, ut solet, breviter complectitur: „Carolus archidux Austriae . . . ad Stiriam, Carinthiam, Carniolam, quaeque illi Italiae proximae ditiones obvenerant, invisendas profectus, cum ad loca Foroiulio atque Histriae proxima pervenisset, Hieronymus Lippomanus Joannis filius, officii causa, legatus ad eum mittitur, ut in finitimam reipublicae provinciam accessum gratuletur, qui Carolum Goritiam conveniens, mandatum sibi a senatu legationis munus obiivit, multa vero de Uscocchorum gente conquestus, qui Senia, Bucharo, Flumine, atque aliis sibi subiectis oppidis excepti praedas conveherent, maria infesta redderent, in omnis generis mortales saevirent; petiit ut tot flagitia non inulta passus, efferam gentem in alias terras amandaret, aut debitis eisdem gravissimis poenis coerceret: ad finium quoque controversias definiendas, senatus nomine, Carolum est adhortatus ut, dissidiorum amputatis causis, firmior in dies inter illam ac rempublicam amicitia

coalesceret. Carolus perditos ac sceleratos homines odisse, deque iis dignas poenas sumpturum pollicitus, seque ad finium contentiones tollendas paratum esse testatus, legatum, quem perhonorifice susceperat, dimisit.“ Historiar. venetar. part. I. **1213.**

1576. Aloysius Zorzi senatui veneto momenta potissima evolvit quibus evincatur Archiducales Austriae plura in illius confiniis loca usurpasse, praesertim insulas Sancti Petri et Sancti Viti; qua occasione Marani historiam a Petro Strozzi per Gallos, anno 1543, Alexandro Bondimier traditi attingit. Instat ut senatus damnis ingruentibus obveniat. (I. VII, 914, f. 104—110.)

Inc.: „Havendo la serenità vostra commesso a me Alvise Zorzi, venuto ultimamente proveditor di Marano . . 1576.“

Commissionem Aloysio Zorzi datam a duce Aloysio Mocenigo anno 1573, editam leges ex codice ms. Emman. Cicogna, ob lauream Rainerii Aemilii Astori veneti. Venetiis, 1855, p. 11, 8°. **1214.**

1580. 22 octobris. Orationes binae Venetiis in senatu dictae de Flumine urbe vel obsidenda, vel non. (I. VII, 1235, f. 277—285.)

Ea incipit: „Se molto tempo avanti si fossero fatte le provvisioni necessarie per reprimere l'insolenza di persone tanto ardite et scelerate come sono Uscocchi . . .“; altera: „Se fusse cosi facile trovar la provvision, come non é difficile conoscer l'inconveniente che perturba le cose . . 22 octobris, 1580.“

Auctor primae sententiae, ubi Uscocchos nullo iure vinctos asseruit, quod omnia diripiant, obstantes internecent, finitimorum domus et possesiones vastent incendiis, commercium maritimum infestent, Fluminis oppugnationem tentandam infert. Cum iam Seniae obsidendae in supremis senatus consiliis captum fuerit, nihil id prodesse, nisi Flumine quoque obsesso, ostendit. Huius loci commercio Seniam altam, Uscocchorum depraedationes Flumine divenditas; ab iis victualia caeteraque vitae necessaria hic comparata. Senia tantum expugnata, Uscocchos (quibus brevi piratae erunt praesto) minoribus navigiis maria excursuros, unde Turcis animum additum sinum hadriaticum classe ineundi, indeque

deperditum antiquam Venetorum in *gulphum* ius. Tot declinandis periculis obsidendum Flumen, cuius expugnatio non adeo belli sumptus auctura, Turcis grata, Archiducalibus exitialis, maris commercio propitia.

Tribus resumuntur momentis quae alterum oratorem deterrent a Flumine obsidendo: 1. rem esse iniquam, quod ea urbs in Venetos nullo modo hostiliter egerit; — 2. inopportunam, ita enim flumianicus sinus extenditur ut aegre ab hoste concludi, praesertim quod ex locis mari proximis suppetiae obsessis afferri possint: adde quod venetae naves tutandis reipublicae oris ad Cretam usque prolatis necessariae sint, nec earum quae supersunt numerus duplici obsidio tenendo sufficiat. Quid quod, hieme appropinquante, sinum flanaticum procellae vehementius agitant, unde remigum (galeotti) morbi ac mortes frequentiores; — 3. exitialem, quod Veneti, commercii, praecipue victualium beneficia ex Flumine profluentia sibi ipsimet denegarent; quod denique domus austriacae nulla ratione habita, Philippi Hispaniae regis, caesaris, archiducum Ferdinandi et Caroli conterminorum simultates in se concitarent.

Conventum in senatu de Flumine non obsidendo. **1215.**

1585—1587. Decreta, nomine caesareo, Pragae data annis 1585—87 super excursionibus et depraedationibus Uscocchorum, supremo imperatoris a secretis Obernburger (latine). (I. VII, 913, f. 177—186.)

Rodulphus II imperator, cum apprime deprehenderit Uscocchos et Venetos mutuis damnis et usurpationibus, offensionis causam perpetuam sibi invicem praebere, vel navigiis praedatis, vel remigibus captivis abductis, vel salinis eversis, vel locis ad oras sinus hadriaci obsessis, eoque amicitiae ac bonae vicinitatis vincula inter Austriae domum ac rempublicam venetam soluta, spondet naves ab Uscocchis praedatas restituendas, vel damnum reficiendum; captivos libere dimittendos; facinoris auctores puniendos; locorum capitaneos qui ab officio vel defecerunt vel defecturi erunt, amovendos. Haec caesar Matthaeo Zane veneto ad eum oratori instat referenda, unaque requirit ut Veneti triremes Seniam ob-

sidentes revocent, commeatum et victualium importationem ne impediant, captivos restituant, Caroli archiducis bannitos non recipiant, aliaque eiusmodi. Foliis 183—185 extant binae epistolae Matthaei Zane senatui ea super re.

Materiem hanc Vincentius Gradonicus in epistolis senatui veneto ex Praga annis 1587—1589, qua ad caesarem orator, datis fusius pertractat. V. num. 1176. **1216.**

1599. Relatione dell' ill. sig. *Nicolò Donato*, ritornato dal suo generalato contro Uscocchi, l'anno 1599. (I. VII, 915, p. 231-285.)

Inc.: „Breve et debile relatione haverà vostra serenità dalla provedaria general da mar in golfo et in Dalmatia. ."

Auctor quatuordecim mensium spatium, qua provisor generalis maris adriatici et Dalmatiae, emensus, narrationem in duas partes dividit, quarum prima de Uscocchis (f. 231—258), altera de Dalmatia (f. 258—285). Ubi venetae reipublicae iam octoginta annos infestos Uscocchos asseruerit, enuntiat qui ii sint, quos situs incolant, quid armis valeant, quibus levioribus cymbis utantur, quot numero Senia ad praedandum exeant. Minime fidendum destruantur ab Archiducalibus, quibus in Turcas sunt propugnaculo. Nec minus putandum Turcas iis debellandis paratos, a quibus annuum duodecim usque scutorum millium vectigal exigunt. Uscocchis delendis provisor opinatur Seniam aut evertendam aut in reipublicae ditionem redigendam; castri Serissae reliquias ad canalem *Morlacca* solo aequandas; construendas turres ad freta Gliubae et S. Marci, qua facilis ad Histriam et Dalmatiam accessus, nec non in insula Sancti Petri de nimbis; navibus leviores cymbas sufficiendas, easque paucis at bene institutis remigibus ac militibus creditas. **1217.**

1600—1617. Discorso sopra la pace o la guerra tra la casa d'Austria et il Turco. (I. VII, 11, f. 446—451.)

Inc.: „Molti hanno opinione che tra la casa d'Austria et il Turco sia per succeder o tregua o pace . ."

Ab induciis vel pace Austriacorum cum Turcis reipublicae christianae excidium futurum auctor infert, hi enim numero su-

periores, Flumine, Senia, Clissa occupatis, Italiam totam aggredi minitarentur. Eapropter ad regnum neapolitanum, cum eoque Italiam, ab incursionibus Turcarum tutandam, Seniam autumat Hispanis dandam, cui proposito imperator et Austriae archidux adhaereant necessest, quod hic et status haereditarios ita quodammodo muniat, et gravi impensae triginta millium florenorum quoquo anno pro Seniae praesidio exsolvendae parcat. Quod executioni mandandum existimat, etsi Turcae, ubi rem resciverint, ea castra munita subvertere insumerent, aut bellum inter Hispanos ac Venetos super hadriatici mari dominio foret futurum. **1218.**

1601—1062. Relatione de' successi di Segna 1601 e 1602, et della morte del commissario Rabatta, all' illustr. sign. Giusto Antonio Belegno, capitanio contro Uscocchi, et eletto governator delle sforzate. (I. VI, 65.)

Inc.: „È collocato Segna nel lito del mar adriatico nelle gengive del regno di Croazia, metropoli dell' antica Liburnia . ."

Auctor a regionis, quam Uscocchi habitabant, situ orsus, causas eius domicilii stabiliendi, efferam incolarum indolem, dissidia inter Ferdinandum Austriae archiducem, cuius imperio parebant, et Venetos describit. Quid, Dalmatiae praeside Philippo Pasqualigo, Marcus Antonius de Dominis, episcopus segniensis annis 1598—1601, et Josephus Rabatta, Ferdinandi consiliarius, vicedominus in ducatu Carniolae et commissarius ei negotio deputatus (nempe Uscocchorum audaciae quotidie succrescenti reprimendae), usque ad proditoriam eius internecionem die extremo decembris anni 1601 egerint, compendioso sermone enarratur, iuxta historiam *degli Uscocchi* Minucii pluries editam. **1219.**

1614. Manifesto della repubblica di Venezia contro l'archiduca Ferdinando, pubblicato l'anno 1614. (L. XIV, 52, f. 218—227; I. VII, 1780; 1847, f. 2—5, 8—10.)

Inc.: „Ancorchè sia notissimo a ciascuno la giustizia della causa che tiene la repubblica di Venezia nella presente controversia . . ."

Auctor in eo totus est ut teterrima Uscocchorum flagitia Ferdinando Austriae archiduci ac caesari ea permittentibus tribuat. **1220.**

1614. Risposta in difesa delle ragioni dell' arciduca Ferdinando contro il manifesto pubblicato dalla repubblica, per occasione della guerra presente. (L. XIV, 52, f. 230 – 235; I. VII, 11, f. 463 – 469.)

Inc.: „La repubblica di Venezia è sempre stata solita a governarsi con tanto artificiosa politica, se però politica . . .“

Auctor asperioribus verbis fallaciae adiudicat quod in opella *Manifesto* demonstrandum insumitur, Uscocchorum depraedationes publice, etiam Vindobonae, divenditas; earum Echenbergum participem factum; quid quod et donaria honoratioribus ex curialibus data. Hac illac Venetis obtrudit quod specie vindictae in Uscocchos, Austriacos in Foroiulii aggressi sint; mare hadriaticum, manifesta communium iurium usurpatione, *Golfo di Venezia* nominaverint; Tergesti occupationem, exercitus Fabio Gallo praefecto, frustra tentarint. **1221.**

1615. *Marci Antonii Contareni* scripta varia senatui veneto super dissidiis cum Archiducalibus in Foroiulii, anno, puto, 1615. Autographum. (I. VII, 1235, f. 1—6.) **1222.**

1615. Breve narratione del successo, cause et occasione della guerra tra la repubblica di Venetia et Ferdinando archiduca d'Austria. (I. VII, 11, f. 451—460.)

Inc.: „Li disturbi che li Uscocchi habitatori della città di Segna in Croatia sudditi della corona d'Ungheria . . .“ (1615.)

Eadem historia Uscocchorum quae a Paulo Sarpio nomine *Supplimento dell' Historia degli Uscocchi* edita est, eo modo eoque consilio enarratur ut evincatur Venetos Uscocchorum violentias ac caedes praetexentes, sibi regionis archiducalis in confinibus Seniae occupationem proposuisse, etsi contrarium marchioni de Bedmar Gallorum Venetiis legato asseruerint. **1223.**

1116.

1616.
22 martii.

Marchio dominus Andreas Manriquez litteris fiduciariis gubernatoris Mediolani, excellentissimo collegio Venetiis oblatis, coram proponit lingua hispanica, dissidia belli, Gradiscae causa, inter rempublicam venetam et Archiducales componenda. (I. VII, 1059. f. 212—213.)

Perbrevis oratio itale versa incip.: „Il marchese don Andrea Manriquez di Casa, mandato dal sig. governatore di Milano, essendo venuto . . . 22 marzo, 1616."

Senatus mense eodem respondet, nihil obstantibus gravioribus damnis ab Austriacis Venetis illatis, quidlibet se praestaturum ut denique quae iamdudum in votis pax obtineat. Incip.: „Sono così manifeste le ragioni della repubblica ne' correnti negozi, et così giustificate appresso tutti li principi . ." **1224.**

18 iunii.

Relatione delle ragioni de' signori Arciducali, tradotta dallo spagnuolo in italiano. (I. VII, 873, f. 83—101; 1847, f. 11—21.)

Inc.: „Sono gli Uscocchi una certa sorte d'huomini che vivono nella riviera del mare adriatico . ."; sub fine vero: „E quanto si sa fino alli 18 zugno, 1616."

Versio operis Manuelis de Tordesillas: *Relacion verdadera de lo que ha passado entre la serenissima republica de Venecia y el serenissimo archiduque Ferdinando, sobre el hacho de los Uscoques subditos de su alteza: y las razones que por las partes se alegun, y lo sucedido en la guerra* ec. En Madrid, por Juan Sanchez, 1616, f. 28, 16°. **1225.**

29 iunii.

Consiglio di *Tarquinio Pinazzo* per la reduttione delle due guerre d'Italia a vera pace et quiete, fatto a di 29 di giugno, 1616, all' ill. et rev. monsignor Visconti arcivescovo d'Andrinopoli, destinato nuncio apostolico appresso la maestà dell' imperatore. (I. VI, 186, f. 257—277.)

Inc.: „Li scrittori che ci fan sapere la vita et le attioni del magno Alessandro, confessano . . Roma, 29 giugno, 1616."

Duo bella, de quibus in titulo, sunt pedemontanum inter Hispaniae regem et ducem Sabaudiae, foroiuliense inter Venetos

et Ferdinandum Austriae archiducem. Pacem auctor cum demonstraverit a Deo iussam, ab hominibus desideratam, societatis custodem et altricem, humanae rationi consonam, quatuor in dissertatiuncula pertractat: 1. quis concordiae inter dissidentes auctor esse possit et debeat, — 2. quod pacis negotium antea componendum, pedemontanum an foroiuliense; — 3. qui modi, quae conditiones unius; — 4. qui et quae alterius.

Autographum e Roma mense decembri anni 1616 per epistolam accepit consilium decemvirum Venetiar., a quo serius in bibliothecam hanc palatinam illatum. **1226.**

1616.
15 octobris.

Scrittura degli Austriaci mandata alle tre leghe de' Grisoni et a Svizzeri, in lingua tedesca, e fatta tradurre in italiano dal chiar. d. Zambattista Padavin segretario veneto, ambasciator a' Grisoni. (I. VII, 214, f. 122—132.)

Inc.: „Sono più d'anni cento che per legitimi titoli il contado di Gorizia ed altre signorie, città et terre situate nel Friuli . . 15 ottobre, 1616."

Respublica veneta bello cruento contra Austriae archiducem implicata, suppetias per oratorem suum petierat, dimidio martio anni 1616, a tribus ligis Curiovallis, quas Austriaci praesenti oratione ab auxilio praestando deterrent. Excussis quae super finium dissidiis inter Austriacos et Venetos, ac pacis compositionibus Bruxellis anno 1516, Vormatiae 1521, Bononiae 1529, Tridenti 1535 acta sunt, auctor historiam Uscocchorum ab anno 1590 ad 1616 deducit. Uscocchos quidem damna graviora Venetis intulisse, sed a Ferdinando archiduce pluries in eos severioribus poenis eapropter animadversum. Uscocchos invisos Venetis, quod isti sinus hadriatici dominationem sibi arrogent; Seniam munitam propriae temeritati freno esse hi animadvertant; hos saeculo decimosexto ad finem vergente oppidum munitum Palmae constituisse; ann. 1611 Archiducalium merces in Albonae nundinis usurpasse; 1613 navis senianae remiges internecasse, quod iterum factum anno 1614; 1615 Campi Caulini arcem tentasse,

Ottocaz evertisse, Tergestum adortos; anno demum proxime insequenti impetum in Gradiscam fecisse. **1226.**

1616. Esame de' futuri successi del moto della guerra de' Venetiani contra l'arciduca Ferdinando d'Austria, fatto da Tarquinio Pinazzo al sig. cavalier Pizzo. (I. VI, 186, f. 241—255.)

Inc.: „La risposta alla domanda fattami da vossignoria che li dica qual fine haver possa . . 1616."

Tractationem in quinque capita auctor partitur: primo domus austriacae historia summatim enarrata, archiducem Ferdinandum iure haereditatio partem Foriiulii occupasse evincit qua Veneti bellum cum eo habent, Uscocchorum gratia; — secundo dissidiorum causas remotiores et recentes enumerat, nempe occupationem Marani; ius in mare adriaticum; iurisdictionem meri et mixti imperii in patriarchatum aquileiensem, patriarchae assertam; servitia ab Uscocchis imperio praestita; impedimenta libertati imperialium a Palmae castro munito illata; — tertio, ut propositum illustret, *quanti sit eius regionis occupatio*, dat schema historicum a primis incolis, et vias in Forumiulii hostibus irruentibus germanis et turcis apertas; — quarto fines ob oculos ponit quibus varii Europae principes, praesertim finitimi uni vel altari parti favent; — ultimo loco proponit quid opportunius ab utraque amplectendum. **1227.**

Verità mantenuta nelle ragioni della serenissima repubblica di Venezia contro la *risposta* dell' autore incognito. (I. VII, 11, f. 470—477.)

Inc.: „O panni, o porpore di principi honorati ma non punto felici, ben disse colui . . ."

Exemplo principum qui malis consiliariorum artibus veritatem ignorant, inducit auctor Ferdinandum assentatoribus perditum, qui haereticos quidem propulsavit, non aeque Uscocchos, dum utrique bulla *In coena Domini* eadem poena damnantur, quin etiam hi asperiori, quod praedones semper et ubique exterminandi sint. Immanitatis quoque notam inurit Uscocchis, quas archi-

ducales ad Turcarum fines tuendos adhibeant. Falso demum gravari Venetos quod Tergestum (cuius primores lucri desiderio archiducalibus favebant) occupandum cogitaverint. **1228.**

Concionis in senatu veneto actae pars qua orator evincendum nititur Uscocchos et bannitos, milites nullatenus esse conducendos, quod quidam, earum virium infirmandarum causa, proposuerunt. Momentis ex pessima perditorum hominum fide, conditione Dalmatiae, opinione universa huic deliberationi contraria, statuit auctor nihil boni ex Uscocchorum et transfugarum servitio dimanaturum. (L. XIV, 165, f. 116—121.) **1229.**

Transfugae duplex responsum cuidam interroganti de loco Segnae et Uscocchis. (I. VII, 877, f. 352—361.)

Epistola incip.: „Sebbene le dimande fattemi da vossignoria circa li moti presenti potessero ridursi a tre o quattro capi . ."

Ubi auctor oppidum Segnae descripsit, singulis capitulis edisserit qui et quot numero sint Uscocchi; a quibus et quomodo regantur; quae emolumenta et damna archiducalibus inferant; qui illis faveant, qui adversentur; num imperator et archidux in eorum depraedationes consentiant; cuius indolis sit Ferdinandus; num eorum tutelae gratia bellum reipubl. venetae sit commissurus; quae tot malis remedia adhibenda. **1230.**

1616—1617. Ragioni con le quali si dimostra la temerità et ingiustitia dell' armi venetiane contro Uscocchi et archiducali. (I. VII, 11, f. 460—463.)

Inc.: „Veniam ora brevemente all' espeditione de' signori Venetiani. La guerra adunque di questi . ."

Potissima rationum momenta haec adduntur: bellum non tantum Uscocchis sed et Archiducalibus anno 1542, aperte vero 1615, a Venetis inlatum; Uscocchorum commercium impeditum vel saltem vectigalium gravitate imminutum; ius sibi a Venetis arrogatum dominationis in mare hadriaticum. **1231.**

1617.
26 septembris.

Pacis tractatus inter Ferdinandum II Bohemiae regem ac Venetos Matriti conclusus, mediante Hispaniae rege. (L. XIV, 52, f. 3—6.)

Inc.: „Cum adeo manifesta toti mundo sit iusta intentio et scopus quem catholica sua maiestas . . Matriti, 26 septembris 1617."

Comes Franciscus Khewenhüller caesaris et Ferdinandi, ac Petrus Gritti Venetorum oratores, Matriti convenientes, statuunt praesidium germanicum imponendum Segnae; locum huic vicinum Venetis (qui occupata durante bello restituant) dandum; commissarios instituendos qui de Uscocchis expellendis sententiam ferant; expulsos nunquam recipiendos; captivos utrinque libertati donandos; ab hostilitatibus, durante tractatu bimestri, ac pace conclusa, omnino absistendum, rebus de caetero in pristinum statum restituendis. Tractatui vindobonensi (quem integrum hic, ut et in 'Istoria della contea di Gorizia'. Gorizia, 1855, vol. IV, p. 96—98 a G. D. Della Bona oblatum habes) articulis septem anno 1612 concluso vis integra asserta. Ediderunt fusiori sermone Lünig in 'Codex Italiae diplomat.' vol. II, cod. 2033—2036, ut et Dumont in 'Corps diplomat.' II, 304. **1232.**

1617.

Quaedam de bello Gradiscae et Foroiulii inter rempublicam venetam et Austriacos, anno 1617 (itale). (I. VII, 887, f. 314—334.)

Joannes Medices a novem mensibus exercitus veneti dux generalis, a. nuntiat senatui veneto sibi grave esse de exercitus conditionibus referre, victui necessaria deesse, milites ob negata stipendia aufugere; hostium motus verosimilius designat; pedites mille e Lombardia sibi suppetias mittendas desiderat (ex castris Farae, 29 aug. 1617); — b. provisori generali exercitus Petro Barbadico proponit quosdam e militibus dimittendos; Carsi confinia occupanda; equitatum in stationes immittendum (Farae, 8 octobr. 1617); — c. eidem alia quaedam proponit ad prosperum belli successum. **1233.**

1610—1614. Tractatio super eo quod dedeceat Venetos alemannis militibus Philippi III hispani transitum per proprias terras Mediolanum versus denegare. (I. VII, 1217, f. 92—105.)

Inc.: „I signori Veneziani hanno degenerato assai dalla solita prudenza loro, circonspetione et considerazione . .“

Auctor, manifesto Hispaniae obsequio, evincendum nititur inique Alemannos a venetis finibus Mediolanum versus prohibitos, quod nullum Hispaniae bellum indictum, quod cum Austriacis Veneti amice vivant; id verosimilius egisse quod post interdictum timerent pontificem Hispanos in Venetos haereticorum fautores excitaturum. Ne velint diffidere Hispanis; caveant divinae ultionis pericula Gallorum exemplo obfirmata, quorum reges quamplures proditione interierunt. Teneant, Hispaniam modo potentem, a Mauris expeditam, tercentum millibus passuum cum austriaca domo Venetis conterminam; religionis columnam, qua eversa pontifex periet, *canibus* (Hispanis) qui ovile tueantur abeuntibus. Huic si adhaereant, Turcarum timore solutos; si adversentur, excidium patriae advocaturos. **1234.**

Dominium maris hadriatici (1235—1250).

1563—1690. Etsi anno 809 a victoria in Pipinum, iterumque in Othonem a. 1177, Veneti ius in mare hadriaticum sibi arrogarent, seriusque annis 1563, 1579, 1599, 1600; tamen anno 1617, post pacem Matriti cum Austriacis conciliatam, controversia ingravescit, quae toto fere saeculo decimoseptimo identidem resumitur. Venetis adversantur scriptis editis Ligures, Neapolitani, Angli, unde ea de re scriptorum series praelonga; Blondus, Sigonius, Sabellicus, Sansovinus, Baronius, Faroldus, Justinianus, Bardus, Ludovicus Rotelli, Cornelius Frangipane, Fortunatus Olmo, Felix Cantelorus, Petrus Giannone. Qui huiuscemodi historiae tanquam fundamento innixi, de maris dominio egerunt, sunt Paulus Sarpius (sub nomine quo-

que *Francisci ab Ingenuis)*, Fulgentius Micantius, Angelus Matthaeacius, Nicolaus Crassus, Cirillus Mechele, Julius Pacius a Beriga, Theodorus Graswinkel, Willelmus Welwood, Joannes Palazzi, Marcus Antonius Pellegrini, Franciscus Zamboni de Silviis, Rapicius, Jacobus Chizzola, Petrus Zambone, Petrus Baptista Borgo, Joannes Augustus de Berger, Ugo Grotius, Stilianus Mastraca, Horatius da Feltri; ut antiquiores iurisconsultos, Venetis manus victas dantes, praetermittam, nempe Albericum de Rosate, Bartolum, Baldum, Angelum Bottarium, Bartholomaeum Salicetum, Selinum Sardeum, Paulum de Castro, Angelum Aretinum, Jasonem, Bartholomaeum Cepolla, Laurentium Colca, Joannem ab Imola, Aegidium Bosco, Julium Forestum, Joannem Beitachinum, Benvenutum Inaccia, Martinum Laudensem, Franciscum Balbum, Nicolaum Tristavium, Angelum Mussium, Joannem Jacopum Marta, aliosque. **1235.**

1422—1460. Series documentorum ad iura Venetorum in mare hadriaticum evincenda. (I. VII. 924, f. 51—66.)

Insunt: a. Series scriptorum ea iura asserentium (1121—1561). b. Consilium Raphaelis Fulgosii et Raphaelis de Curris declarantium *gulphum* esse Venetorum. Inc.: „Ad illud videtur breviter dicendum Anconitanos non posse vi pactorum existentium inter eos et dominos Venetos portare merces . . .“ (1422) — c. Instrumentum concordiae cum patriarcha aquileiensi. Inc.: „Pateat omnibus hoc publicum instrumentum inspecturis quod cum hoc sit quod . . . 28 iunii 1445“ — d. Epistolae tres Ferdinandi regis Siciliae Pascali Maripetro, duci Venetiarum, 1ª. incip.: „Cum triremes magnificorum virorum Francisci de Ortona militis et Matthaei Joannis secretarii, et consiliariorum nostrorum . . . In castris apud Fontem populi, 9 sept. 1458;“ 2ª. „Superioribus diebus non unis litteris, dux inclyte, celsitudinem vestram certiorem fecimus nos triremes aliquot nostras . . In castris apud Sarnum, 25 iulii 1460“; 3ª. „Reddite nobis sunt littere quibus vehementer permoti sumus quod intellexerimus illustr. dominationem vestram mole-

stissime ferre . . In castris prope Barolum, 20 aug. 1460"; — e. Epistola Maripetri Ferdinando, quae inc.: „Nuper variis nunciis et subditorum nostrorum querelis facti sumus certiores nonnullas triremes . . Venetiis, 27 iulii 1460." **1236.**

1563.
14—15 iulii.

Allegationes in conventu foroiuliensi prolatae a doctoribus Rapicio tergestino et Chizzola veneto, illo parti caesareae, isto venetae faventibus, qua occasione quinque commissarii utrinque electi ad iura in hadriaticum mare paciscenda. (I. VII, 336, f. 3—21; 924, f. 31—43.)

Inc.: „Havendo l'illustr. dominio, per il longo possesso et perpetua defensione del mare et golfo adriatico, acquistato il dominio . . . 14—15 iulii 1563." **1237.**

14—15 iulii.

Summa disputationum in eodem conventu a iureconsultis Rapicio et Chizzola habitarum, ita tamen ut quae a Rapicio breviori sermone, a Chizzola ex integro exhibeantur. (I. VII, 212, f. 164—180.)

Inc.: „Deve prima sapersi che le ragioni e fondamenti cesarei saranno rapportate con brevità e solo la sostanza delle medesime ragioni . . 14—15 iulii 1563." **1238.**

1579.
mense septembri.

De iurisdictione reipublicae venetae in mare hadriaticum, tractatus *Francisci Vianello*, contra pactionem anno 1510, Julio secundo pontifice assertam, uti referunt. (I. VII, 924, f. 15—27.)

Inc.: „Il dominio et la omnimoda giurisdizione della serenissima signoria di Venezia sopra il golfo è antiquissima et indubitata . . ."

Auctor huius tractatus propria manu conscripti, consilio decemvirum Venet. mense septembri a 1579 exemplar obtulit, ut ex eius nota diei 5 octobris anni 1581. **1239.**

Oratio in senatu veneto habita ad reipublicae iura in mare hadriaticum, contra asserta anni 1510 capitula, tuenda. (I. VII, 924, f. 45—48.)

Inc.: „Volesse Dio, seren. principe . . che l'impero del golfo acquistado da questa seren. repubblica fin dal principio della sua fondation . .“ **1240.**

1599.
19 iunii.

Risolutioni de' dottori legisti intorno le controversie fra la seren. casa d'Austria e la seren. repubblica di Venezia, cioè se li signori Veneziani sono patroni del mare adriatico, e se possono mettere gabelle et dazii a' naviganti sottoposti al dominio d'essa casa d'Austria. (L. XIV, 28, p. 77—166.)

Inc.: „Se vorremo diligentemente considerare tutto quello da che sempre universalmente s' ha conchiuso che si conosce . . . Pago, 19 zugno 1599.“

Justus Fontaninus, quem codex spectabat, erratim asserit tribuendum Paulo Sarpi textum, quem Nicolaus Crassus latinum dedit sub nomine *Francisci de Ingenuis* [1]), codex enim ab impresso toto coelo differt. **1241.**

De iure Venetorum et iurisdictione maris hadriatici, *Angeli Matthaeacci* iurisconsulti, comitis et equitis palatini, in patavino gymnasio professoris. (I. VII, 212, f. 180—184.)

Inc.: „Totius iuris immortalem ac nobilissimum splendorem ipsam esse equitatem, ex his quae discussa fuere . .“

Oratio, anno 1617, post mortem auctoris, edita poesim sapit. **1242.**

1600.

Bartholomei Sylvatici iurisconsulti et equitis, responsum pro seren. dominio veneto ad probandam antiquissimam iurisdictionem, quam semper exercent in sinu hadriatico, et quod nulla possit allegari pactio, per quam dicatur quod huic iuri cesserit. (L. IV, 88, f. 159—172.)

1) De iurisdictione ser reipublicae venetae in mare hadriaticum. Epistola ad Liberium Vincentium Hollandum et Laurentium Montinum Romanum. Eleutheropoli, 1619, 4°.

Inc.: „Cum seren. respublica veneta dominium suum temporale a solo Deo recognoscat, sine iniuria sedis apostolice et imperatorie maiestatis constanter asserit . .“

Auctor opellam novem capitulis distributam, cum duobus aliis, volumine elaganter compacto et inscripto: *Tractatus iurisdictionis secularis in personas, loca et res ecclesie et missas*, senatui veneto obtulit ante mensem novembrem anni 1600, quod extet ad finem codicis decretum senatus diei 27 iauuarii 1601 (cum nota m. nov. 1600) de catena aurea pretii biscentum ducatorum Sylvatico eapropter donanda. **1243.**

Pauli Sarpii servitae sermones tres de dominio reipubl. ven. in mare hadriaticum (pluries editi). (I. VII, 212, f. 105—136; 641; XI, 69, f. 78—100.)

Primus incip.: „Il dominio della seren. repubblica di Venezia sopra il mare adriatico è cosi celebre e famoso . .“; alter: „Havendo esplicato nella prima scrittura che il titolo di dominio di vostra serenità . . .“ tertius: „Oltre la consideratione del dominio del mare in generale . .“ **1244.**

De iurisdictione reipublicae venetae in mare hadriaticum. (I. VII, 924, f. 1—13.)

Inc.: „Questo ardito per non dir temerario tentativo del sig. duca d'Ossuna vicerè di Napoli, anzi così hostile invasione . . .“

Auctor Venetorum partes sequutus in Ossunam Neapolis viceregem, cuius opere classis hispana sinum hadriaticum ingressa est, invehit. **1245.**

1618.
22 aprilis.

Horatius da Feltri duci Ossunae, de dominio a Venetis in mare hadriaticum sibi temere arrogato. (I. VII, 212, f. 154—164.)

Inc.: „Se volessero i signori Veneziani appagarsi in questa loro asserta possessione del mare adriatico, di quella . . Neapoli, 22 aprilis 1618.“ **1246.**

De libertate maris hadriatici. (I. VII, 212, f. 137—153.)

Inc.: „In due maniere s'acquistano le giurisdizioni et s'inducono le servitù, o con titolo di chi have autorità . . ."

Auctor, Venetis infestus, pontifici et imperatori (due lumi in terra) omnia iure subesse in universo orbe asserit. **1247.**

1637.
15 augusti.

Scipionis Feramosca tractatio autographa super opere Theodori Graswinckelii: 'Vindiciarum maris liberi' (editi serius Hagae comitis 1652—1653, 4°). (I. VII, 1891, f. 21—24; XI, 68, f. 103—111.)

Inc.: „Merita gran laude il sig. Theodoro Graswinkelio, il quale ha tanto a cuore le ragioni di vostra serenità . . Vicenza, 15 agosto 1637."

Quod Graswinckelius opus manuscriptum reipublicae venetae transmiserat, senatus vicentino Feramosca dedit excutiendum, qui opinionibus Seldeni et Grotii ad trutinam revocatis, evincit Graswinckelium, Venetis secundum, dignius materiem tractasse. **1248.**

Francisci Zamboni de Silvii, vicentini sermo de dominationis iure reipubl. venetae in mare hadriaticum seu *gulphum* Venetiarum (argumentis praecipue erutis ex lege naturali et romana, historia sacra, mithologia). Capitula quatuor. (I. VII, 212, f. 185—198.)

Inc.: „Il grande Iddio havendo con l'ineffabile sua onnipotenza creato il mondo e disposto la terra, l'acqua, l'aria, il cielo . . ."

Opus Venetiis editum anno 1686, 4°. **1249.**

Responsum a Petro Giannone iurisconsulto neapolitano iis datum qui caput primum libri XIII eius 'Istoria civile del regno di Napoli' arguerant, quod asserta Neapoletanorum iura in mare hadriaticum propugnasset, qua occasione historiam pactorum cum Friderico caesare et Alexandro III pontifice excutit. (I. VII, 1527, f. 390—400; 1529, f. 61—84.)

Inc.: „A pari della sua cordialità ed affezione, che non tralascia in tutte le occasioni ricolmarmi de' suoi favori . . .“

Opella pluries post auctoris mortem edita. **1250.**

1618—1620. **Turbae bohemicae.** (1251—1259.)

1618. 9 iunii. Apologia pro societate Jesu ex Bohemiae regno, publico decreto, proscripta. (I. VII, 1221, f. 58—123.)

Inc.: „Signatum et expeditum fuit in arce pragensi 9 iunii hoc ipso anno labente 1618, sub nomine trium unitorum statuum . . .“

Die nona iunii, anni 1618 decretum in arce pragensi, nomine trium unitorum statuum, corpus et sanguinem Christi sub utraque specie sumentium, statutum ac typis editum societatem Jesu regno in perpetuum exterminandam, duodecim accusationis titulis allatis, quos auctor novem capitibus diluere aggreditur, ubi *causam et argumentum scriptionis* explicuit, ac decretum ipso iure irritum asseruit. Jesuitas nunquam pacem turbasse aut dissidia excitasse; minime satagere ut regna mundi romanae sedi subiiciantur; nunquam conscientiis hominum fuisse domiuatos, vel eos ad illicita compulisse; insignia quaeque bona ad se non traxisse, nec saeculari administrationi manum admovisse. **1251.**

1619. Trattato in 4. parti diviso sulle vertenze della Germania per titoli e pretese delle due case d'Austria e privilegi contrarj alle pretese della suddetta casa all' impero germanico, con le sorgenze differenti sulla religione. (I. VI, 318 folia 130.)

Fusiori huic operi ab initio mutilo turbae in Bohemiae regno anno 1619 motae dant originem. Auctor austriacae domui adversus evincendum nititur eam germanico imperio perpetuo asse-

quendo omnem movisse lapidem, in idque plurimum emolumenti ex religionis dissidiis ab usque saeculo decimosexto consecutam. **1252.**

1619. m. aprili. Provisiones Ferdinandi II Austriae imperatoris, qua regis Bohemiae, in idem regnum, mense aprili anni 1619 factae (itale ex alemannico). I. VII, 873, f. 16—29.)

Cum die 29 iunii anni 1617 Ferdinandus archidux Austriae coronam Bohemiae Pragae suscepisset, nationis privilegia confirmaverat ac iuramento promiserat se publicae administrationi minime vacaturum, usquequo imperator vixisset. Eo demortuo die 20 martii anni 1619, idem Ferdinandus in eius locum suffectus, Bohemiae et Pragae gubernatoribus ac personis e tribus statibus Pragae congregatis, per litteras, Matthiae mortem, proprium ad imperium accessum ac sua iura in regnum Bohemiae nuntiat; nationis privilegia se ex integro servaturum asserit; invitat ut, armis depositis, regnum tandem tranquillitati restituatur. **1253.**

1619. Schema duodecim exercituum ex Germania, Flandria, Hispania, bello paratorum anno 1619, causa rerum bohemicarum et hungaricarum stabiliendarum. (I. VII, 877, f. 362—374.)

Qui exercitibus praesunt sunt Mauritius nassoviensis, Aloysius de Valasco, Joachimus brandeburgensis, Ambrosius Spinula, Joannes Georgius de Jegerdorff, dux Saxoniae, comes Turrianus, Maximilianus dux Bavariae, Christianus anhaltensis princeps, Bonaventura de Longavalle, Joannes Prainerius, Gabriel Bethlem princeps transylvanus. Prospectus hoc habet sibi proprium quod vis peditatus et equitatus, rei frumentariae et tormentariae, nec non vehiculorum copia exhibeatur; quinam sit cuiusque ducis princeps in bello gerendo finis enarretur; demum iudicium de futura uniuscuiusque conditione depromatur. Notitiae duplex accedit epistola die 18 aug. ex Alba Julia, coronae et regni bohemici directoribus data, illa itala ex latino a Marco Hieremia

vaivoda, haec latina a Transylvaniae principe. Documentum coaevum itale scriptum quidam Venetus in castris degens misit sub forma epistolae cuidam e familia Contarena Venetias. **1254.**

1619.
15 novembris.

Declaratio palatini Rheni, imperii electoris: quare Bohemiae coronam sibi oblatam sumpserit, cum eaque regionum ei annexarum dominium (itale ex alemannico). (I. VII, 1720, f. 1—21.)

Inc.: „Noi Friderico . . . facciamo offerire a tutti li potentati, elettori, princepi et stati la nostra buona volontà, amicitia et pronti servitii . . . Ex oppido pragensi, 7 novembris 1619."

Fridericus V, Rheni palatinus, statim ac mense novembri anni 1619 Bohemiae rex coronatus est, iuris sui ad regnum defensionem vulgat. Momenta quibus Fridericus insistit, sunt miserae eius regionis conditiones teterrimo religionis bello tribuendae, quo in Lutheranos saevire, eorum ecclesias occludere, arma quae in Turcas parata in Bohemos convertere. Tot averruncandis calamitatibus se a natione ultro electum, quo tempore religio catholica ferme in Bohemia defecit; pacem ac libertatem conscientiae propugnaturum promittit.

Binae versiones inter se differunt. Confer *Lipowsky Fel. Jos.* Friedrich V Kurfürst von der Pfalz und König von Böhmen. München, 1824, 8°. **1255.**

Instructiones secretissimae *gallo, britanno, batavo Friderico V, comiti palatino, electori datae.* (L. XIV, 78, p. 241—252, 257—283.)

Prima inc.: „A fidelissimo tuo educatore, exercitato milite et versatissimo politico documenta non quotidiana cape. His servatis te servulis . . . His tu cesarem compesces, cesar eris . . ."; altera ex belgica in latinam linguam conversa: „Juri prensantem, plausi crescenti, instruxi regnantem, sequor exulem . ."

Anonimus Fridericum vix regem coronatum instruit quibus artibus regnum tenere deceat. **1256.**

1620. Edictum quo Ferdinandus II imperator, cum Friderici V declarationem exprobavit, sibi ius in Bohemiae regnum affirmat, novam palatini electionem et coronationem initam plane asserit, dolet caedes perpatratas; germanam religionem Protestantium, Coelestinorum praecipue impietate proculcatam, subditorum arma in arcem quoque imperialem Vindobonae conversa: se quaeque praestaturum ut qui a debita fide defecerint graviter puniantur, ac privilegia imperii et domus austriacae sarta tecta serventur. (I. XI, 2, f. 219—226.)

Inc.: „Sebbene non abbiamo mai dubitato essere ormai a tutti sufficientemente noto et palese tutto quello . . .“ **1257.**

1620. Oratio qua disputatum num religionem reformatam profitentes possint recta conscientia in austriacam partem contra regem Bohemiae descendere an non. (I. XI, 142, n. 6.)

Inc.: „Di tutti i giudizj humani non ve n'è alcuno che resenta manco la corruzione dell' uomo . . .“

Auctor a Ferdinandi regis actis et agendi finibus infert Reformatos conscientiae refragari dum ab Austria sunt, ac finit epiphonemate:

„Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur.“ **1258.**

25 octbr. — 9 nov. Relatione distinta d'ogni particolarità seguita nel successo della presa di Praga. (I. VII, 1233, f. 153—160.)

Inc.: „Dopo d'essersi trattenuti gli eserciti dell' imperatore Ferdinando II, et della lega catolica sotto Pilsen . . .“

Continuato sermone enarrat auctor anonymus quomodo Caesariani Bohemos rebelles apud Pagoniz *(città lontana cinque leghe da Praga, celebre per la buona birra che vi si cuoce)* insecuti sint, cum iis apud Stellam pugnam consererent; demum die nona novembris noctu Pragam oppugnaverint.

Rei historiae universae turbarum bohemicarum lucem affundunt, ante Linowskum, opellae: a. Jus haereditarium et legitima successio in regno Bohemiae Ferdinandi II austriaci, nunc imperatoris augusti et Hungariae Bohemiaeque regis ec. Augustae

Vindelicorum, 1620, 4°. — b. Vera relatione della gran giustitia seguita per ordine della sacra cesar. maestà, alli 21 giugno 1621 nella città vecchia di Praga ec. tradotta dalla lingua alemanna. Milano, 1621, 4°. — c. Violenti imperii imago a L. Annaeo Seneca in persona Friderici palatini Bohemiae et patriae exulis in scenam producta. Accessit M. Annaeus Lucanus Proteus, de bello bohemico. S. l., 1621, 4°. **1259.**

1620.
26. iunii.

Jacobus Britanniae, Franciae et Hiberniae rex Lothario de Metternich, archiepiscopo trevirensi ac electori conqueritur, *palatinatum dotalitium filie nostrae fundum bello vexari, nullamque pacem honestam censeri, nisi que cum generi nostri excidio et dedecore coniuncta.* Per legatos Eduardum Convay et Vichardum Vecton vehementer deprecatur paci Germaniae universae studeat restituendae. (I. VI, 297, f. 162—163.)

Inc.: „Nisi constaret eam vobis esse prudentiam que sine monitore aversetur male sana consilia . . . Datum Grenovici, 26 iunii 1620." **1260.**

25 augusti.

Huic elector respondet caesarem in francofurtano conventu proxime praeteriti anni quaeque egisse *ad componendas amicabiliter controversias;* de invadendo palatinatu rumores incertos; se pro virili acturum ut pax promoveatur et pericula romano imperio impendentia avertantur. (I. VI, 297, f. 163.)

Inc.: „Ex litteris regie vestre dilectionis ad nos 26 iunii, et per eiusdem legatos vestros . . . Treviri, 25 aug. 1620." **1261.**

9 novembris.

Pauli Minii veneti notitia, in collegio veneto duci data, eorum quae in itinere aliquot annis per Germaniam, Bohemiam, Hungariam, Transylvaniam, Valachiam, Moldaviam, Poloniam, de natura et regimine eorum statuum, originis et finis commotionis germanicae illustrandi gratia, speculatus est. (I. VII, 336, p. 297—300; 1217, f. 82—89.)

Inc.: „Il lungo, faticoso et pericolosissimo peregrinaggio ch' ho convenuto fare io Polo Minio, servitor devotissimo di vostra serenità . . . 9 novembre. 1620.

Edidit Fr. Firnhaber in 'Notizenblatt. Beilage zum Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen'. Wien, 1854, p. 243—250.

1262.

1621.
28 martii.

Francisci a Dietrichstein, cardinalis, episcopi olomucensis mandatum, iussu Ferdinandi II imperatoris, Brunae, die 28 martii 1621 factum, quo non tantum turpes patribus societatis Jesu notae inustae diluuntur, verum etiam pristinas domus cum bonis eorum mobilibus et immobilibus, iis restituendas indicitur. (I. VII, 877, f. 382—383.)

Latinum documentum, ex quo italum codicis marciani, editum est Augustae Vindelicorum, typis viduae Sarae Mangin, eodem anno.

1263.

1622.
23 octobris.

Instructio doctori Leoni Allatio, graecarum litterarum in bibliotheca vaticana interpreti data, quo tempore Germaniam missus est ut heidelbergensem bibliothecam, a Bavaria duce Maximiliano pontifici Gregorio XV donatam, reciperet et ad vaticanum palatium transferret. (I. XI, 89, f. 29—38.)

Inc.: „Poi che il sereniss. sig. duca Massimiliano di Baviera, saputo il desiderio di nostro signore d'haver la biblioteca palatina . . . Roma, 23 ottobre 1622.

Allatio mandatum: cito discedat; per breviorem Maximilianum Monachii conveniat: curet bibliothecam ex integro sibi statim tradi; quam Monachium primum, dein Romam, per Bononiam et Florentiam, praesidio contra haereticorum nisus impetrato, deducat. Mitto reliqua, quod documentum latine ediderint Michael Fridericus Quade (Greifswalde, 1708, 4o), Baumgarten (Nachrichten von merkwürdigen Büchern, 3. Theil.), Gerdes (Miscellanea groningensia, tom. IV, part. I). A. Friedrich thesaurum deperditum conquestus, scribit: „Diese Instruktion . . . enthält ausser den Regeln für die Uebersendung, den Auftrag

dem Kurf. von Baiern zum Gegengeschenk ausser etlichen Reliquien und einem Ablass, den päbstlichen Segen und die Versicherung zu überbringen, dass er auf Verlangen auch noch andere geistliche Wohlthaten alsogleich erhalten werde.“ Geschichte der nach Rom entführten Heidelberger Bibliothek. Karlsruhe, 1816, 8°. p. 40. **1264.**

1627. *Forza Virginii* doctoris et equitis varia, partim authentica, super finibus Foriiulii, in dissidiis inter rempublicam venetam et Austriacos, annis 1625—1627 eapropter obortis (itale). (I. VII, 1008, f. 107—119, 182. 184.)

Insunt: a. notitia de quaestionibus finium cum Rabatha capitaneo Gradiscae; — b. charta topographica eorum finium, die 10 iulii 1617 impressa; — c. duplex exemplum *relationis* in eandem rem senatui veneto oblatae ab auctore, qui nuntiat absolutum volumen *delle ragioni pubbliche in materia de' confini.* (Venet. 4 iulii, 1635.) Codicis folio 182 habetur exemplum senatus consulti veneti (26 decembr. 1636), quo Michaeli Priolo et Georgio Contareno iussum, referant de opere eodem; f. 184 ducis Venetiarum epistola Aurelio Volpe Gradi cancellario, pro bene patriae praestitis super quaestionibus superius enunciatis. **1265.**

1628. Relazione dello stato e forze della Germania e de' principi d'essa. (I. VI, 64, f. 1—69.)

Inc.: „Il presente imperatore Ferdinando è figlio dell' arciduca Carlo di Gratz, che fu il minor figlio dell' imperator Ferdinando primo . . .“ (1628).

Habes historiam domus imperialis f. 1—15; regni Daniae, f. 15—20; archiepiscopatus moguntini, f. 21—22, coloniensis, f. 22—24, trevirensis, f. 25—27; palatinatas Rheni, f. 27—33; ducatus Bavariae, f. 33—38; Saxoniae, f. 38—47; brunsvicensis, f. 47—52; langraviatus Assiae f. 52—56; archiepiscopatus salisburgensis, f. 57—60; consiliorum imperialium secreti, aulici, bellici, cameralis, ecclesiastici, hungarici, bohemici, f. 60—68.

Germanicae historiae studiosum hae notitiae plurimum intersunt, quod auctor anonymus, certe italus, principum et ministrorum imaginem, habitus, indolem diligentioribus animadversionibus retulerit, statuum impensas ac redditus, rerum gestarum fines, aliaque eiusmodi, partium studio procul, persecutus sit. **1266.**

1629.
7. septembris.

Narratio data per epistolam amissae Vesaliae (Wesel in Westphalia) ac belli negotiorum, viris memoratis comite de Montecucoli, Wallensteino, Joanne Arnaldo de Metternich, Bethlem Gabor. (I. XI, 28, p. 530—531.)

Inc.: „Bien es de creer lo mucho que por ay abran sentido la perdida del Wesel en esta conjuntura, que cierto es . . . De Bruselas, a 7 de 7mbre de 1629.“ **1267.**

1630.

Pacta induciarum ad diem 15 octobris 1630, inter caesarem, regem Hispaniae et Sabaudiae ducem super ducatibus Mantuae et Montis ferrati. (I. XI, 28, p. 726—728.)

Inc.: „Havendo sua maestà cesarea e le due corone alle paterne instanze fatte dalla santità di nostro signore . . .“ **1268.**

Causae quibus sereniss. et potentiss. princeps ac dominus d. Gustavus Adolphus Svecorum, Gothorum et Vandalorum rex, magnus princeps Findlandiae, dux Esthoniae et Careliae, nec non Ingriae dominus, tandem coactus cum exercitu in Germaniam movere, Stralsundi excussae, mense iulio anni 1630. (I. 28, p. 823—838.)

Inc.: „Vetus verbum est, neminem diutius pace frui, quam vicino suo placuerit . . .“

Asserit auctor pacis osores, postquam Germaniam coedibus et incendiis vastarent, Sveciae securitati insidias struxisse. Ab anno 1627 repetens, quo Sveciae cum republica polona bellum intercesserat, memorat litteras ad Transilvaniae principem interceptas, paci cum Polonis ineundae impedimenta inlata, svecici regni commercia imminuta, Stralsundo praesertim damna graviora indicta, Bahnholmo insula occupata, unde Gustavus coactus

bellum ingredi ut *civitati stralsundensi et mari balthico, regnoque Svecie securitas* restituatur. **1269.**

1630.
18 iulii.

Conditiones deditionis arcis mantuanae Portus, articulis decem conclusae, quibus definitur de Carolo I duce, eius familia, subditis, praesidio, caesarei exercitus ingressu. (I. XI, 28, p. 708—710.)

Itali documenti (dati Portu, 18 iulii 1630) exemplo subscribunt dux Carolus, Jo. Ba. Aldringher, Matthias de Galasso. **1270.**

26 decembris.

Nuncium de recessu Alemannorum ab obsidione Mantuae pridie habito, quem anonimus reipublicae venetae subsidiis adscribit. (I. XI, 28, p. 702.)

Inc.: „I Tedeschi pensando ai casi loro, si sono ritirati fugitivamente . . . Mantova, 26 decembre 1630." **1271.**

1632.
20 ianuarii.

Gustavus II, rex Sveciae baroni Horn, summo militiae in Germania magistro, et foederatis catholicis inducias quindenas concedit. (I. VI, 297, f. 170.)

Inc.: „Ricercati caldamente dal re di Francia nostro caro fratello . . . 20 gennuajo 1632." **1272.**

5 februarii.

Ferdinandus II imperator Ludovico XIII Galliae regi, ubi retulerit quae pro pace impetranda inter belli turbas egerit, hanc sibi in votis perpetuo asserit. (I. VI, 298, f. 1—6.)

Inc.: „Si eque ut animum ita imperium pacatum habere in potestate nostra . . . Vienne, 5 febr. 1632.

Epistolae compendium dat caesar his verbis: „Recognoscere severitatem vestram cupimus que prima horum metuum origo, qui progressus fuerint, queque ex quibus deinceps continua quadam serie bella propagata sint." **1273.**

Quidam sine nomine Albertum Wenceslaum Eusebium de Wallenstein austriacorum armorum imperium denuo anno 1632

resumentem, turgidiori stylo usus, perpetuo laudat elogio. (I. VII, 873, f. 37—38; 1921, f. 190—191.)

Inc.: „L'avviso che voi, ser. prencipe, haveste riassunto il comando generale et perpetuo di tutti li eserciti dell' august. casa d'Austria . . ." **1274.**

1634. Litigio seguito in Parnaso sopra l'ingresso del Wallenstein. (I. XII, 154, p. 65—86.)

Auctor ducem de Wallenstein (cuius acta in bello quod appellant *triginta annorum* ad trutinam revocat) laudat quo tempore copiis caesareis ante recessum praeerat; proditorem et imperio ruinam parantem dicit, postquam arma anno 1632 resumpsit. Eum pingit epigrammate:

„Quest' è Wallestein ch' ai fati e stelle
Tanto credè che si scordò di Dio,
E contro il suo signor fatto rubelle
La giurata sua fe' pose in obblio:
Uscito poi in mezzo all' armi imbelle
Pagò del suo fallir condegno fio;
Chè Dio permette alfin che 'l traditore
Provi d'ultrice man santo rigore.

Refutanda insumuntur que de Wallensteino Maiolinus Bisaccioni asseruerat in 'Commentario delle guerre successe in Alemagna'. Venetia, 1633, 1637, 4°. **1275.**

1637. 14 martii. Elector brandeburgicus Sveciae reginae, iura propria in Pomeraniae ducatum asserit, eumque sibi restituendum petit. (I. VI, 298, f. 19—22.)

Epistola ex alemannico versa inc.: „Nous offrons pour toujours a votre royalle dignité . . . Custrin, 14 de Mars 1637." **1276.**

Pomeranicus locumtenens, nomine Christinae reginae negative respondet. (I. VI, 298, f. 22—25.)

Inc.: „Ex habito cum ordinum utriusque Pomeraniae deputatis magnificis, generosis ac nobilibus Paulo Vamitz . . . colloquio . . .“ **1277.**

1637.
16 maii.

Christina Sveciae Georgio Willelmo electori brandeburgico argumenta exponit quibus Pomeraniae ducatus possessionem refutandam putat. (I. VI, 298, f. 27—30.)

Inc.: „Reddite nobis sunt littere vestre date Custrini die 14 martii nuperrime elapsi . . . In arce nostra stokolmensi, 16 maii 1637.“ **1278.**

1 augusti.

Notitia Philippo IV Hispaniae regi Romae data ab eius legato, de iis quibus caeteri legati, praesertim caesareus et gallicus, Urbani papae VIII interitum proximum putantes, operam dederunt ut cardinalium in futuro conclavi pro electione novi pontificis degentium suffragia cardinalibus propriae nationis secunda haberent. (I. VI, 303, f. 105—141.)

Inc.: „Le macchine e trattati seguiti durante l'indisposizione di sua santità, o vera, o che desse ad intender per tale . . . 1 agosto 1637.“ **1279.**

1638.
7 aprilis.

Regina Sveciae respondet ducibus Leobergi (Lauenburg) super caesaris propositione de pace cum ea concilianda. (I. VI, 298, f. 50—54.)

Inc.: „Excurrit nunc multum temporis ex quo generalis noster campi marescallus dominus Baverius . . . Stokolme, 7 aprilis 1638.“ **1280.**

Elencus eorum omnium quae in Brisaci montis, per Bernardum Vinariensem anno 1638, expugnatione reperta sunt, vel rem tormentariam, vel nummariam, quadrifariam spectantia, scilicet: a. apparatus bellicus, b. thesaurus ad Lotharingiae ducem pertinens, c. thesaurus in aedibus urbanis, d. thesaurus in castro munito. (I. VI, 297, f. 172—173.)

Inc.: „Ventotto pezzi d'artiglieria, i quali tirano in 65 libbre l'uno.“ **1281.**

1638. Martius Ginetti cardinalis, sedis apostolicae legatus ad futurum Coloniae Agrippinae de pace componenda conventum, refert congressui cogendo difficultates, aeque a Gallis, Austriacis, Hispanis, Svecis oppositas; si diutius Coloniae immoretur, exinde pontificem non parum dignitatis ammissurum, principes vero emolumenta ad bellum persequendum consecuturos. (I. VI, 296, f. 89—92; XI, 28, p. 755—765.)

Inc.: „Già sono alcuni mesi che celebrassimo l'anniversario del nostro arrivo in Colonia . . .“ (1638).

Lectio in duobus codicibus varia versionem iunuit, a latino fortassis. **1282.**

1640. Disquisitio iurium praecedentiae inter legatos electorum imperii ac reipublicae venetae. (I. VII, 150, f. 248—253; XI, 2, f. 112—121.)

Praeit epitome argumentorum quibus electorum legatis ius illud tribuitur. Momenta desumuntur ex comparatione inter electores et rempublicam venetam instituta, nempe ex praecellentioribus eorum privilegiis; ex eo quod germanam regum personam gerant; quod semper ius istud servarint; ex exemplis; ex rescriptis pontificiis. Electorum legatis respondet Joannes Delphinus per quendam a secretis venetae legationis Vindobonae: a. electores a saeculo X institutos; b. eos nunquam ea libertate, qua Veneti, gavisos; c. reipublicae dignitatem vere regiam esse, quod Cretae et Cypri regnorum possessio comprobat; d. rescripta pontificum et principum Venetis favere. Cum, his non obstantibus, asseruerint electores, occasione data, non lingua utendum, sed manus conserendas, Veneti legati imperii conventibus adesse renuunt. Oratio electorum incip.: „Essendo per la bolla d'oro assai noto a che alto grado o dignità siano i signori elettori . . .“; Venetorum: „Perchè i principi, l'azioni de quali non hanno dopo Dio altro giudice che l'opinione del mondo . .“ **1283.**

1640.
11 februarii.

Virginius Sforza eques Riccardo comiti de Strassoldo narrat concessionem feudi Strassoldo in Foroiulii ab Austriae principibus factam; item liberam oppositionem electioni patriarchae aquil, a quodam Strassoldo canonico eiusdem ecclesiae. (L. XIV, 81, p. 370—372.)

Inc.: „Nelle mie inquisizioni delle antichità del Friuli, trovo che i primi che avessero feudi . . . Utini, 11 februarii 1640.

Epistola edita in 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre.' Venezia, 1836, p. 12—13. **1284.**

30 novembris

Idem eidem refert de infeudatione principum austriacorum in favorem familiae Strassoldo, praesertim vero de origine eius castri, quod a decimo usque saeculo in via *Stradalta*, contra Hungarorum irruptiones erectum asserit.

Inc.: „Fra poco verrò a mostrarmi servidore non infruttuoso di vostra signoria illustrissima ed avrò meco le note autentiche delle infeudazioni . . . Utini, 30 nov. 1640."

Editam leges eodem opere, p. 13—14. **1285.**

6 decembris.

Scipionis Fieràmosca tractatio de regio titulo quo rempublicam venetam ornari maxime decet, de precedentiae inre coram imperii electoribus. (I. XI, 69, f. 1—13.)

Inc.: „Obbediente ai comandi della serenità vostra, discorrerò delle regie ragioni della seren. repubbl., benchè sì alto lavoro . . . Venezia, 6 decembre 1640." **1286.**

1641.
24 iulii.

Franciscus de Souza Continius custos maior arcis de Sousel et legatus extraordinarius Joannis IV Lusitaniae regis in partes septemtrionales, eius nomine, ordinibus sacri romani imperii et eorum legatis, Ratisbonae congregatis conqueritur principem Eduardum brigantinum violenter in Germania captivum detineri, etsi per septennium, suis sumptibus, strenue pro Germania dimicaverit. Fusius de causis captivitatem progignentibus, quarum potissimam dissidiis inter reges Lusitaniae et Castellae tribuit. (I. XI, 28, p. 767—770.)

Inc.: „Notorium est, sacri . . . Principem Eduardum brigantinum, qui fideliter imperio servierat . . . Holmie, 24 iulii 1641.“ **1287.**

1641.
31 octobris.

Joannes Alder Salvius legatus svecicus domino de Lutzaun legato caesareo, de pace componenda. (I. VI, 298, f. 80—81.)

Inc.: „Nuper in Sveciam notum feci excellentiam vestram accepisse desideratos hactenus salvosconductus . . . Hamburgi, 31 octobris 1641.“ **1288.**

25 decembris.

Praeliminaria pacis inter caesarem et reginam Sveciae componendae, legato Conrado a Lutzaun interveniente. Hamburgi, 25 dec. 1641. **1289.**

1642.
1 februarii.

Declaratio Ferdinandi III imperatoris ad regem Daniae super tractatu praeliminarium pacis cum regina Sveciae, Hamburgi composito. (I. VI, 298, f. 86—91.)

Inc.: „Utrasque dilectionis vestre 19 novembris et 20 decembris anni proxime elapsi datas litteras rite accepimus . . . Vienne, 1 februarii 1642. **1290.**

m. novem. et dec.

Notitiae sub forma ephemeridum Venetias missae mensibus novembri et decembri anni 1642 ex Colonia Agrippinensi, Spira, Stutgardia, Vindobona, Praga, Lugduno, Svevia, de rebus bellicis, praesertim ad Rhenum. Opellae pars potior respicit Bavariae ducem, cuius fines in agendo, factaque ipsa severius expenduntur. (I. VII, 877, f. 376—381.) **1291.**

1643.

De la Haye gallus ad aulam constantinopolitanam orator suadet principi Georgio Rakoschi, duci Transylvaniae, ut oratorem viserio mittat resciendi gratia num opportunum sit Hungariae bellum denunciare, an non. (I. VII, 1099, f. 85.)

Inc.: „Nil aliud litteris serenitati vestre datis 10 augusti respondere possum, nisi viserium perlubenti animo semper audisse . . .“ **1292.**

1632—1650. **Conventus et pax westphaliensis. — Monasterium et Osnabruga.** (1293 - 1307.)

1632—1645. Plusieurs pieces attenants a la paix de Münster. (I. VI. 298—299.)

Exempla documentorum quae ex parte regni Galliarum ad compositionem pacis monasteriensis se referunt. Ea sunt epistolae et responsa principum ac legatorum, tractatus, propositiones, declamationes, animadversiones, specimina historica, salvusconductus, poematia in argumentum, ab anno 1632 ad 1645.

Volumina duo sub forma folii, egregie compacta, quae Galliarum legatus, puto, Aloysio Contareno pacis sequestro (e cuius bibliotheca in palatinam d. Marci devenerunt) dedit. **1293.**

1643. 23 iunii. *Ferdinandus III* imperator, ad pacis compositionem cum Gallis, Monasterii Westphalorum die 11 iulii 1643 ineundam, potestatem tribuit Joanni Ludovico comiti in Nassovia, et Isaaco Volmann doctori, qui ibi cum Gallorum legatis ea super re conferant. (I. VII, 1099, f. 146—147.)

Inc.: „Nos Ferdinandus . . . Postquam ab aliquo tempore primum inter dominum patrem nostrum . . . Vienne, 23 iunii. 1643." **1294.**

23 iunii. Idem (supposito nomine *Curtius*) dat legatis Vichardo comiti ab Auersperg et Joanni Crano mandatum, ad tractandum cum Sveciae legatis de pacis redintegratione. (I. VI, 298, f. 125—126.)

Inc.: „Postquam ab aliquo tempore primum inter divam parentem nostram et principem Gustavum Adolphum . . Vienne, 23 iunii 1643." **1295.**

29 iulii. Legati svecici Oxenstiern et Joannes Salvius comitem ab Auersperg et doctorem Cranum Osnabrugam pro pace tractanda invitant. (I. VI, 298, f. 58—61.)

Inc.: „Quantis bellorum calamitatibus imperium iamdiu immersum . . . Osnabruge, 29 iulii 1643."

Legati caesarei praescientes epistolam conditiones imperio hostiles continere, eam refutarunt. **1296.**

1643—1650. Epistolarum plus tercentarum exemplum, quas, a die 8 augusti 1643 ad 4 iunii 1650, senatus venetus Aloysio Contareno equiti, oratori ad conventum monasteriensem dedit. (I. VII, 1105—1106.)

Volumina duo, quorum primo insunt epistolae annorum 1643—1646, alteri reliquorum 1647—1650. Epistolis praeposita est commissio diei 16 iulii anni 1643, cuius potiora capitula haec: a. pax universa stabilienda; b. abitus non differendus; c. iter brevius tenendum; d. qui sint ab oratore visitandi; e. quomodo ei agendum cum nuntio pontificis, cum imperii electoribus, cum *plenipotentiariis*: f. quale eius pensum: g. quod stipendium, quae donaria.

Quod ex documentis insertis maxime historiae interest est narratio rebellionis a Thoma Aniello, vulgo *Masaniello*, mense iulii anni 1647 Neapoli ductae, ut et expositio capitulorum populi neapolitani privilegia confirmantium. (vol. II. f. 70—85.) **1297.**

1643—1649. Regesta litterarum *Aloysii Contareni* senatui veneto, cum legatione extraordinaria ad monasteriensem conventum, pacis universae Europae restituendae mediator, annis 1643—1649 fungeretur. (I. VII, 1098—1104.)

Nemo est qui, historiam ubi e limine salutaverit, nesciat pace westphalica triginta annorum bello finem factum, universae Germaniae tranquillitatem restitutam, politicam rerum compagem novam in Europa fundatam. Magni operis molimentum etsi sint qui comiti de Trautmannsdorfio tribuant, tamen in prooemio westphalici tractatus haec leguntur: „Tandem divina bonitate factum est ut, annitente seren. republica veneta, cuius consilia difficillimis christiani orbis temporibus publice saluti nunquam defuere . . ., interventu et opera illustrissimi et eximii senatoris

veneti domini Aloysii Contareni equitis, qui mediatoris munere procul a partium studio, totos ferre quinque annos, quibus impigre perfunctus est . . ." Eapropter epistola diei 6 octobris anni 1648 senatui data (I. VII, 1103, f. 277) rite scripserat: „*Te Deum laudamus.* Oggi alle due dopo mezzogiorno è stata sottoscritta la pace d'imperio dai plenipotenziarj dell' imperatore, delle due corone collegate, e poi dalli deputati dei stati dell' impero stesso . . . con che si è dato fine ad un periodo senza esempio nel mondo, *e di dodici anni d'impiego*, compresi li sette primi consumatisi nell' aggiustamento dei preliminari, che piaccia a sua divina maestà sigillare con le sue benedizioni, a sollievo dei bisogni presenti di cristianità in particolare."

Actorum in epistolis fere nongentis rationem abs re foret hic pertractare. Quae digna memoratu occurrunt sunt documenta inserta, epistolae principum, rerumpublicarum, legatorum, virorum a secretis, itale, latine, gallice, hispanice; monitiones (avvisi) oratori datae; singulorum foederum propositiones universim apparantes Nec pretio suo caret hoc scire quod orator in tanta studiorum et opinionum agitatione, etsi gravioribus animorum componendum curis fuerit distentus, tamen, Dominico Condulmerio sibi a secretis adiutore, Venetorum fortunae in oriente deiectae relevandae sollicitam operam impenderit. Cum enim eo tempore Turcae mari potentes excidium Venetis minitarentur, Eduardum Van der Planchen, Aurantii principis machinatorem, et Lucam Vaestringken monasteriensem, in servitia reipublicae suae, magno proposito stipendio, induxit; praefectos militum, lectas copias pedestres, magnum ballistariorum numerum, tormenta bellica, pulverem pyrium Corcyram, Zacinthum, Cyteram, Cretam transmisit; ac aliquot mensium spatio bellicas naves optime instructas in eundem finem reipublicae locatas habuit.

Ingentem epistolarum, non tantum suarum sed et multorum, ut superius innui, segetem voluminibus orator data opera digessit ut „possino servire come di processo verbale in un tanto maneggio alla posterità." V. *Relatio* n. 1307. Sub fine extremi voluminis extat fasciculus sumptuum quas a die prima aug. 1649

ad 27 maii 1650 orator a Monasterio Venetias versus, per Flandriam et Galliam, egit. **1298.**

1644. Ambassade de Münster, contenant les depesches de la cour, commençant le 2e avril 1644, et finissant le 9e decembre au dit an. (I. VI, 300, f°. 252.)

Exempla epistolarum septuaginta gallice et latine, quas Galliarum regina, cardinalis Mazzarinus et dominus de Brienne legatis ad conventum monasteriensem, pro pace componenda, d'Avaux et Servien dederunt. **1299.**

6 aprilis. Galliae legati electorum palatinum ad conventum monasteriensem invitant, ut deputatos paci generali conciliandae mittat. (I. VI, 298, f. 55—58.)

Inc.: „Ut pridem Gallie et cupide pacem tota christianitate sancitam voluerit . . . Monasterii, 6 aprilis 1644." **1300.**

29 novembris. Legatus svecicus conventum francofurtensem hortatur ut imperii principes mittat Osnabrugam, qui colloquiis pro pace intersint. (I. VI, 298, f. 130—131.)

Inc.: „Quo loco fuerint tractatus pacis usque ad preteritum Michaelis, id retulimus . . . Osnabruge, 29 novembris 1644." **1301.**

4 decembris. Propositio *plenipotentiariorum* Ferdinandi III imperatoris, pro ineunda pace universali, Monasterii Westphalorum facta. (I. VII, 873, f. 519.)

Inc.: „Augustissimus imperator . . . hoc unicum cure ac cordi habuit qua ratione, via ac modo . . . 4 decembris 1644."

Paci ratisbonensi, quae anno 1630, suffragantibus imperii electoribus, inter Ferdinandum II imperatorem et Ludovicum XIII Galliae regem composita est, tanquam fundamento insistentes, pacem futuram legati promittunt statim ac domus austriaca et confoederati in antiqua iura restituantur. **1302.**

1644.
4 decembris.

Proposition de los plenipotentiarios de España sobre el tratado y conclusion dela paz. (I. VII, 873, f. 520—521.)

Inc.: „Aviendo el mismo curso dela guerra continuado (non sia grave sentimento del re nuestro señor) las hostilidades . . . Munster, 4 di diziembre 1644."

Eadem fere in medium afferuntur quae a caesaris legatis prolata. **1303.**

1645.
m. septembris.

Imperatoris instructiones mediatoribus pacis westphalicae componendae, quibus ea continentur quae propositionibus regni svecici respondeant. (I. VII, 1100, f. 295—299.)

Inc.: „Qua intentione vel studio corona Svecie arma in imperium intulerit, plenipotentiarii cesarei supervacaneum existimant . . . m. septembri 1645." **1304.**

m. septembris

Eiusdem instructiones iisdem super ea re, ad normam eorum quae propositis a Gallis respondeant. (I. VII, 1100, f. 299—302.)

Inc.: „Cum absolutis iampridem preliminaribus, commutatisque utrinque mandatis . . . m. septembri 1645." **1305.**

1648.
11 iunii.

Responsum caesareum ad propositiones Gallorum quod pacis compositionem Osnabrugae die 24 octobris anni 1648 habitae inter imperatorem, domum austriacam ac confoederatas ex una parte; ac regem Galliae, reginam Sveciae ac confoederatos ex alia praecessit. (I. VII, 873, f. 74—81.)

Inc.: „Cum absolutis iampridem preliminaribus communitatis utrinque mandatis, sive plenipotentiis inter plenipotentiarios cesareos et gallicos . . . 11 iunii 1648."

Octodecim propositionibus plenipotentiarii galli imperialibus proponunt ab hostilitatibus quaque ex parte desistendum; captivos restituendos; pacem et amicitiam integrandam; quae discordiae semina adhuc superesse possent oblivioni mandanda; Germaniae principibus omnium privilegiorum ac iurium, quibus ante bellum fruebantur, usum largiendum; imperii consuetudines ac leges, quae praesertim in *bulla aurea* continentur, servandas; commer-

cium terra marique instaurandum. Cum plenipotentiarii imperiales in sibi proposita fere ex integro conveniant, statuunt in posterum de restitutione locorum et militum dimissione agendum; eoque Monasterii et Osnabrugae executioni mandanda spondent.

Tractatio haec iis addenda quas Lünig edidit in 'Teutsches Reichs-Archiv', vol. II, p. 831—902, 911—950; vol. IV, p. 1560—1562.

Caeterum instrumentum pacis monasteriensis capitibus septemdecim, articulis vero 120, conclusum die 25 octobr. 1648, pluries editum leges. **1306.**

1650. Relatio legationis extraordinariae quam ad conventum monasteriensem, paci universae stabiliendae, annis 1643—1649 gessit Aloysius Contarenus, ab eodem anno 1650, publice in Senatu recitata. (I. VII, 1107, 1580.)

Inc.: „Le histoire dei secoli andati, seren. principe, senato augustiss., nè quelle forse dei venturi produrranno un general congresso come quello . . .“

Eam orator bifariam dividit, qua nempe pacem imperii perfectam, qua nondum pactam inter Galliam et Hispaniam respicit. Ubi continenti sermone historiam sui Monasterium adventus mense novembri anni 1643 enarravit; legatorum singulorum nomen, characterem, auctoritatem, in rebus agendis peritiam describit; conventum sub invocatione spiritus sancti die 10 aprilis anni 1644 apertum refert; causas, congressus definitionem retardantes enumerat; perpetuas Gallorum cum Hispanis contentiones; bellum Sveciae in Danimarcam; germanicos principes conventui adstantes. Quos ex oratoribus, cum liberis mandatis ad conventum praemissis, splendidiori elogio prosequitur, sunt Oxenstierna, Trautmaunsdorfius, dux de Longavilla. Caeterum veritatis strenuus assertor aequa iudicii lance res ponderat publicas, audentius significans quibus dominiis pax fuerit gloriae, quibus vituperii. Pace monasteriensi emolumentum duplex consecutum animadvertit, primum quod imperatores in posterum non voluntati et arbitrio, sed imperii legibus parere cogantur; alterum

quod veneta respublica, pacis sequestra, Europae totius gratam laudem demereatur, vacuam siquidem laudem, quod plures sint qui belli Venetis a Turcis inlati atrocitatem horrescant, nullus qui armis opituletur. Sub relationis fine Gregorium Barbadicum et Petrum Duodo operam dantes in actis vel exarandis, vel itale vertendis; Andream Rubeum a secretis; Dominicum Condulmerium, Donninum et Ciera coadiutores commendat. Edidit Nicolaus Papadopoli nuptiis celebrandis Comello — Dei Totto (Venezia, Antonelli, 1864, p. 103, 4°.).

Relationis compendium sex foliis contentum legere est in codice marciano. (I. VII, 392, f. 387—392.) **1307.**

1644.
4 iunii.

Cardinalis de Harrach Francisco Mauroceno gratulatur de patriarchatus veneti dignitate ei delata. (I. X, 34, f. 5.)

Inc: „Non poteva vostra signoria illustrissima comunicare l'avviso della sua degna elezione . . . Roma, 4 giugno 1644.“ **1308.**

15 septembris.

Riccardus comes de Strassoldo supplex ab imperatore Ferdinando III mareschalatum Goritiae sibi deposcit, vacantem causa rebellionis comitum a Turre de Bohemia (L. XIV, 48, f. 227—229.)

Inc.: „Convenne alli signori conti della Torre di Germania, per occasione della religione, vender i beni che havevano nel contado di Gorizia . . . Vienna, 15 settembre 1644.“

Epistolae authenticae Ferdinando III datae inscripsit notas cancellarius imperialis. Accedunt documenta annorum 1476, 1484, 1533, 1546, 1643, 1644. Eam editam leges in 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre'. Venezia, 1863, p. 31—32, 8°.) **1309.**

mense octobris.

Imperator, cum domus austiacae merita in schismatis reprimendi et germanae religionis fulcieudae negotio depraedicaverit, supplex per oratorem, recens electum pontificem Innocentium X rogat ut, paci inter catholicos principes promovendae, assiduam

det operam, ac opportunam pecuniae summam ei mittat, ut in Turcas *eorumque mancipium* Transylvaniae principem bellum felici exitu perducatur. (I. VII, 876 ad finem.)

Inc.: „Non dubita sua maiestà cesarea che pienamente non sappia quanto sinora in danno di tutta la christianità . . ." (octobri 1644.) **1310.**

1651—1653. Itineris ab illustrissimo principe Ruperto, principe palatino ad Rhenum, confecti, ad insulas maris atlantici et Indiam occidentalem brevis narratio, quam scilicet in modum diarii conscripsit *Henricus Fermesius* anglus, gubernator navis praetoriae sub auspiciis eiusdem principis militantis, in latinum sermonem conversa, et ad sereniss. principem Ferdinandum II magnum Etruriae ducem dicata (L. X, 110, f. 5—49.)

Inc.: „Julii 7°. anno Domini 1651. Rupertus princeps palatinus ad Rhenum omnes navium duces sub auspiciis suis militantes ad concilium advocavit habendum in nave pretoria, que dicta est *Constans reformatio* . . ."; finit: „Moram itaque traxi per aliquot mensium spatium in portu predicto Penbefe. Laus Deo."

Completi itineris a mense septembri a 1651 ad martium 1653 commentariolum, Ferdinandi ducis iussu, ex anglico sermone latine reddidit et quidem eleganter L. D. anglus, cuius ad Etruriae ducem epistola: „Nihil quidem hominum ingenio et indoli magis insitum esse a natura videtur . . ." Pisis. calend. aprilis anni 1659 scripta, cum elegiaco carmine quod praefationis loco incipit:

„Accipe, sed facili dextra vultuque sereno . . ." **1311.**

1652.
16 martii — 5 april. Epistolae duodecim *Ferdinandi* imperatoris, *Eleonorae* imperatricis, *Leopoldi* Austriae archiducis, *Ferdinandi Mariae* Bavariae ducis, *Wolfgangii Willelmi* comitis palatini, cardinalis *de Harrac*, *Maximiliani Henrici* episcopi hildesiensis et archiep. coloniensis, *Joannis Philippi* comitis de Schönborn episcopi herbipolensis, *Caroli Casparis* archiepisc. trevirensis, Petro Otho-

bono, de cardinalatu ei delato gratulantium, fere omnes autographae, a die 16 martii ad 5 aprilis anni 1652 datae. (I. X, 34, 35.) **1312.**

1654. *Casparis Lonigo* doctoris, in capitulum quartum pactorum mense ianuario anni 1654 initorum inter electores imperii et Ferdinandum IV caesaris filium, quo tempore is rex Romanorum electus est (itale). (I. XI, 12, f. 1—35.)

Tractationi turbate excussae praeit duplex exemplum eius capituli. Illam excipiunt: 1. 'Della causa impulsiva de scriver in questa materia e delli costumi della nazione germana', f. 3—8. — 2. 'Dell' origine, intelligenza e nobiltà della bolla d'oro di Carlo IV imperatore', f. 9—35.

Caeterum neminem latet Ferdinandum regem Romanorum electum Ratisbonae coronatum anno 1654, eodem variolis supremum diem obiisse. **1313.**

1655. 31 ianuarii. Ferdinandus archidux Austriae indicit Christifideles sibi subditi missae et praedicationi adstent diebus festis; confessione et communione paschali recreentur; severioribus in obstantes poenis decretis, *sii scaziato e bandito da terra e luogo, e tutto il suo terreno e podere sia incenerito e disfatto dal fuoco.* (I. XI, 131, f. 5—6.)

Inc.: „È manifesto a tutti da che grande necessità la christianità sia stata travagliata, sotto la tirannia de' Turchi . . . Ispruch, 31 genn. 1655." **1314.**

1658. Relatio quam *Joannes Baptista Nani* eques, suae legationis extraordinariae apud imperatores Ferdinandum III et Leopoldum I, ab anno 1654 ad 1658, senatui veneto obtulit. (I. VII, 580, f. 275—295; 901, f. 164—186.)

Inc.: „L'imperio germanico, per le forze e per l'autorità formidabile, e col nome quasi fatale all' Italia è hora ridotto . ."

Auctor refert capitulatim quae quinquaginta mensium spatio quibus Vindobonae reipublicae venetae partes egit, in aula cae-

saris animadvertit de novo imperatore, eius familia, summo domus magistro, consilio supremo, ministris, re militari et tormentaria, imperii provinciis, exteris dominiis, quibuscum mutua cum imperio negotiorum cognatio. Quae singillatim perpendit ea sunt: dissidia religionis imperii infirmitatem progenuisse, eam Ferdinandi II fortunam auxisse, minuisse vero Ferdinandi III virtutem et sagaciam; muneribus eo distributis ut imperii dignitas Leopoldo assereretur, aerarium exhaustum; ex bello praesenti venetae reipublicae reverentiam quandam in aula tributam. Laudat primores comites Joannem Ferdinandum de Porcia, Schwarzenbergium et Montecuccoli, principem Ausperg, Curtium, Annibalem Gonzagam. Sub fine memorat ingentes legationis sumptus, vivideque commendat Joannem Ferro sibi a secretis. **1315.**

Quo ritu ab aula vindobonensi legati exterarum regionum vel publice vel privatim intra urbem excipiantur et ad imperatorem admittantur. (I. VII, 392 f. 680—693.)

Notitia senatui exhibita ab equite Naui reduce incip.: „L'uso del mondo et in particolare delle corti ha ridotto la formalità . . .“ **1316.**

1659. Leopoldus imperator, attentis meritis familiae ac praesertim Augustini Chigi principis Farnesii, hunc s. romani imperii principem declarat, ea dignitate descendentibus et haeredibus attributa. (L. XIV, 78, f. 757—761.)

Inc.: „Quanquam ea imperatorie maiestatis nostre est munificentia ac liberalitas . . . Posonii, 24 octobris 1659.“ **1317.**

1662. Scriptum de armorum venetorum in oriente statu, ac praesertim Creta insula, quod princeps palatinus solisbacensis senatui veneto die 11 decembris anni 1662 obtulit. (I. VII, 670, f. 1—13.)

Inc.: „Se la fortuna avversa al mio desiderio non d'altro acquisto ha permesso fruttuoso il mio viaggio in levante . . .“

Respublica veneta, bello in Turcas implicata, palatinum solisbacensem, iam armis apud Svecos insignem, quatuordecim millium scutorum stipendio anno 1661 conduxerat, ac in Dalmatiam provisori generali Hieronymo Contareno miserat suppetias. Dissidiis obortis, palatinus iussus in orientales reipublicae provincias abire: Creta armis praefectus diligenter introspicit quae vitia militum numerum et indolem inficiant, hiberna et stativa, victum, vestes, stipendia; rem tormentariam; castrorum munitiones; belli ordinationes. Venetias redux sub fine anni 1662, coram in senatu multa reformanda proponit tum quae exercitum generatim, tum quae Cretam speciatim afficiunt. **1318.**

1665.
2 martii.

Imperator Jacobo Lombardo, suo Romae consiliario, iubet apud pontificem instet ut canonicatus aquileienses promiscua vice venetis subditis aeque ac austriacis distribuantnr, ne cura animarum et mores in aquileiensi ditionis austriacae dioecesi damni aliquid patiantur. (I. VII, 1251, f. 237—238.)

Inc.: „Ex annexis fusius intelliges in capitulo aquil. nisi exteros et venetos canonicos esse . . . Vienne, 2 martii 1665.“ **1319.**

mense martio.

Relatio *Joannis Sagredo*, veneti ad caesarem oratoris, in senatu veneto mense martio anni 1665 (ut patet ex adiunctis) recitata. (I. VII, 903, f. 197—214.)

Inc.: „Non mi estenderò io Giovanni Sagredo, cavalier ritornato dall' ambasciata di Germania nel rappresentare . . .“

Ubi orator subdolas Turcarum artes indicavit, nervis totis contendentium reipublicae venetae vires mari, imperii terra imminuere, narrat caesarem malis ministri Ferdinandi de Porcia consiliis perditum; Turcas, Moravia vastata, Vindobonam (unde, hostis propinquantis metu, sexaginta incolarum millia migrarunt) fuisse minitatos. Momenta evolvit quibus Turcae et Imperiales pacem, eam cito turbare parati, composuerunt. Comitem Sdrino, quocum noctu saepe convenit, in venatu ab apro occisum dolet, summumque in militia depraedicat. Legatus sub fine Paulum

Rescium sibi a secretis laudat, seque ait adamante a caesare, argenteo ornatu ab imperatrice fuisse donatum.

Edita est relatio ab Adamo Wolff in 'Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen' 1859, vol. XX, p. 305—320, cum prooemio: gallice versa Parisiis anno 1670 hoc titulo: 'Relation de la cour imperiale faite au Doge de Venise par le S. Sagredo'. **1320.**

1665.
14 septembris.

Christophorus Bernhardus episcopus monasteriensis statibus generalibus foederati Belgii poscit plenariam satisfactionem damnorum sibi illatorum, ubi eius dioecesim ferro et igne vastarunt, oppida munita everterunt, proprios subditos in eum instimulaverunt, litteris editis ludibrii plenis eius famam conspurcarunt. (I. VII, 1251, f. 117—122.)

Inc.: „Bene procul dubio meminerint qualiter . . . ante annum circitér sub data 29 aprilis per expressum . . . In arce nostra sancti Ludgeri, 14 sept. 1665." **1321.**

29 septembris.

Eidem status generales Belgii foederati damnorum satisfactionem promittunt, caeteraque de quibus erat conquestus diversimode excusant. (I. VII, 1251, f. 122—130.)

Inc.: „Litteras illustr. serenitatis vestre ex arce Lutgeri 14°. huius scriptas recte nobis tradidit eiusdem tubicen .. Haye comitum, 29 sept. 1665." **1322.**

1665—1666.

Regesta ex integro 438 epistolarum, quas *Georgius Cornelius* venetus ad imperatorem legatus, senatui veneto, ex Vindobona fere omnes, a die 3 ianuarii 1665 ad 26 decembris 1666, exceptis quas mensibus aprili et maio Moedlingo, dedit. (I. VII, 1250—1252; 1552, f. 1—125.)

Syllogem universam quatuor volumina complent: tertium quo inscriptae epistolae, num. 220—320, desideratur.

Cornelius ab hispanica legatione vix redux, Patavio iter ingreditur 30 die novembris anni 1664 per Tyrolim, Oenum, Danubium, versus Vindobonam quam, sub initio statim anni 1665,

biduo post regressum Joannis Sagredo antecessoris, attingit, ingressus sui pompam die 7 februarii celebraturus.

Agitata praecipue ac iterato sunt quae confinium controversias respiciunt, quod oppida non opportune muniantur, praesertim in Croatia, per quam facilis Turcis ad Forumiulii aditus; quod utrinque contermini subditi vel pascuorum, vel nemorum, vel soli iura violat aquerantur, uti obtinuit in vallibus foroiuliensibus Resia, Vicea, Pletzii (Ampicii in Cadubrio). Nec minorem scribendi occasionem praebet dioeceseos aquileiensis amplitudo, non enim veneto patriarchae data facultas visitandi austriacam ditionem sibi subiectam, unde ecclesiastica disciplina in goriciensi provincia remissa, lites asperiores super abbatiis mosacensi, rosacensi, belliniensi. Dolet iura bonae vicinitatis laesa, quod Tergesti commercio veneto impedimenta ponantur. Bellicos Turcarum apparatus in futurum reipublicae damnum memorat saepius. Extremo novembri a. 1666 inveteratos articulorum dolores incusans, redeundi facultatem poscit a senatu, quo cunctante orator anno proxime insequenti Vindobonae moritur.

Codice 1552, f. 1—125 extant exempla epistolarum a die 30 novembris 1664 ad 5 iulii 1665. **1323**.

1666.
30 aprilis.

Alexander papa VII dat auctoritatem N. Spinola proprio Vindobonae legato, ut ecclesiam vel capellam s. Martini in Belligna aquil. dioeceseos *a parte imperii* conferat in perpetuum, titulo beneficii ecclesiastici, Hieronymo Genuae presbyt. aquil., theologiae baccalaureo, imperatoris capellano aulico. (I. VII, 1252, f. 54—57.)

Breve incip.: „Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat sedes apostolica gratiosa, quibus ad id propria virtutum merita . . . Rome, pridie kal. maias 1666. **1324**.

Castellanus Duini imperatori refert se cum millibus *in fortalitio* conclusum, quod comes palatinus oppidum igne consumpserit; supplicat ut tanto malo remedia adhibeat. (I. VII, 1252, f. 36.)

Inc.: „Die decima presentis mensis iunii, comes palatinus, cum confinariis maiestatis vestre sacr., oppidum Divin. . . Ex occlusa arce Dauin, die 28 iunii 1666." **1325.**

1666.
30 septembris.

Imperator regem Sveciae deterret ab oppugnanda civitate imperiali bremensi. (I. VII, 1252, f. 153—157.)

Inc.: „Tanto sane firmius confidebamus fore ut serenitas vestra id quod ex unanimi sacri imperii voto proximis . . . Vienne, 30 septembris 1666." **1326.**

1667.

Exempla actorum quibus Joannes Fridericus dux Brunsvicii et Luneburgi, Calembergi, Gottinge et Grabenhagen in veneti patriciatus ordinem cooptatus est. (I. VII. 672, folia 8.)

Haec insunt: a. Supplicatio eius ducis a secretis, orantis ut *libro aureo* catholicum principem inscribat, ex eadem athestinorum principum familia, cuius nomen venetae nobilitatis albo inditum. 15 septembris 1667. — b. Pars capta in senatu eum ducem patriciorum venetorum numero, cum prognatis legitimis, in perpetuum adscribendum. 15 sept. 1667. — c. Eiusdem a secretis in senatu gratiarum actio. **1327.**

1671.

Relatio propriae ad Leopoldum I legationis, quam eques Marinus Zorzi orator Vindobonae ordinarius in senatu veneto legit anno 1671. (I. VII, 680, f. 20.)

Inc.: „Nel ministero di me Marin Zorzi appresso Leopoldo I imperatore, servendo vostre eccell. ho applicate le fatiche . . ."

Oratori Cornelio, Vindobonae sub anni 1667 initio demortuo, Marinus Zorzi die 31 ianuarii 1668 suffectus successorem habet Joannem Maurocenum, die 10 decembris anni 1670 electum. Auctor, ut de more, disserit de indole imperii (quo nomine vacuum dignitatis potius titulum quam germanam dominationis summam significat); de electoris coloniensis praestantia; vinculis imperatorem cum Alemanniae ac caeteris Europae principibus colligantibus. Ubi singillatim provincias Leopoldo subditas descripsit, fusius agit de bello contra Turcas in Hungaria. Demum

de redditibus, aeris publici vi, impensis regiis, domo imperiali, administris, exteris principibus. Sub fine filium Marinum et sibi a secretis Joannem Paulum Lavezzari commendat. **1328.**

1679—1695. Officia a *Francisco della Torre* Venetiis in senatu habita, dum annis 1679—1695 oratoris caesarei apud Venetos munere fungeretur. (I. VII, 1684, folia 139.)

Extant descriptio pompae eius ingressus, allocutiones, epistolae ut et responsa senatus de rebus variis ad septemdecim annorum legationem pertinentibus. Sub fine de pompa funeris (f. 131—133) relatum qua Francisco della Torre, die 12 decembris anni 1695 Venetiis denato extrema honoris argumenta delata sunt. Descriptio ingressus et pompae funebris edita est in 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre.' Venezia, 1863, p. 60—90. **1329.**

1682—1687. Historia belli hungarici contra Turcas et rebelles annis 1682—1687 exacti, quam duobus voluminibus Alexander comes Beliardus exaravit ac caesari obtulit. (I. VI, 190 - 191.)

Inc.: „Il pretesto sempre degli Ungari mal contenti per liberarsi dell' ubbidienza douta alla maestà . . ."

Ex dedicationis epistola patet auctorem cum exercitu in eodem bello stipendiis factis, hiberna annorum 1686—1687 narrationi eorum quae vidit contulisse: „e trovatomi sfaccendato nel corso inverno, ho raccolto conforme al mio militar possibile talento le notizie del seguente racconto;" sub fine vero operis: „Ardisco di far pausa alquanto allo scrivere, parendomi ormai tempo di portarmi al mio dovere in Ungaria al campo, ad essere con gli altri Cristiani, compagno de' trionfi che prepara Iddio in questo anno 1687 alla fede ed all' invitto imperatore Leopoldo." Volumine primo foliorum 139, ubi anteacta celeriter attigit ab anno 1675 ad 1682, ab huius anni die 13 aug. usque septembrem 1685 res gestas sermone quasi diario singulatim exponit, quod et in altero (paginar. 208) praestat ab octobri insequenti ad incoeptum annum 1687.

Apographum concinne exaratum ineditum puto, praesertim quod folium additum cum historiae compendio inscribatur: ‚Nota di quello contiene l'historia dell' Ungheria, che si pretende fare imprimere.' **1330.**

1683. Epistolae ac dissertatiunculae de re theologica, *polemica* praesertim catholica et protestanti, nec non gallicana, gallice, latine, itale, quas princeps Ernestus Assiae landgravius Stephano Cosmi archiepiscopo spalatino communicavit, quosque saeculo incipiente decimo octavo, post huius mortem, Joannes Jacobus de Nigris canonicus patavinus in unum congessit. Ernestum principem habent auctorem a. responsum patri Truchses e societate Jesu, rectori augustano super libro p. Michaelis d'Elizalde hispani: 'Forma verae religionis quaerendae et inveniendae,' f. 27—32; — b. epistola qua archiepiscopum spalatinum instruit de a se peractis ut ducem Antonium Uldaricum brunsvicensem a confessione augustana ad catholicam adduceret. (I. II, 89, f. 128.) **1331.**

Relatione di quell' è passato dal giorno che partì l'ambasciat. cesareo per l' Ongaria sino al giorno che fu introdotto il soccorso nella piazza di Vienna. (L. XIV, 39, f. 155—160.)

Inc.: „L'armata avea il suo *rendevus* nella pianura di Kiesè, nelle vicinanze di Presburg, dove si fece la rassegna . . ."

Notitiam obsidionis vindobonensis et classis turcicae ab auctore sine nomine, a die 5 maii ad 11 septembris a. 1683 deductam quidam, puto, veneti legati Friderici Cornelii a secretis, itale transtulit. **1332.**

1686. 21 decembris. Leopoldus imperator electoribus imperii, per comitem de Staremberg Philipsburgi praefectum, nuntiat quae Galli in Germaniae damnum apparent, eorumque in re graviori consilium deposcit. (I. VI, 268.)

Inc.: „Siete già informato dei lamenti fatti a Ratisbona dalla contraventione alla tregua . . . Vienna, 21 decembre 1686." **1333.**

1687.
7 februarii.

Moguntiensis electori palatino respondet sibi visum Ratisbonae tantum tractandum de limitibus cum Gallia determinandis. (I. VI, 268, f. 47—48.)

Inc.: „Vedo dalla vostra lettera del 1 febbrajo che fra le altre cose siete di parere . . . Magonza, 7 febbr. 1687.“ **1334.**

1 februarii.

Elector palatinus moguntiensi epistolam caesaris communicat, unaque ingerit conventum generalem cum hoc Ratisbonae componendum. (I. VI, 268, f. 45—46.)

Inc.: „Havendo ricevuto una lettera di sua maestrà cesarea in data de 21 decembre, 1866 . . . Eidelberga, 1 febr. 1687.“ **1335.**

7 februarii.

Leopoldus imperator, cum timeat inducias ante tres annos cum Gallis pactas tolli, pontificem deprecatur ut, momentis ex difficili Germaniae conditione, praesertim bello in Turcas, allatis id per legatos apud regem Galliae impediat. (I. VI, 268.)

Inc.: „Il rev. sig. cardin. Pio ha trasmesso a noi due propositioni fatte dal cardin. d'Etrés nella corte di vostra santità . . Vienna, 7 febbrajo 1687.“ **1336.**

1689.
29 ianuarii

Commissio a senatn veneto *Hieronymo Venerio* equiti, oratori ad caesarem renunciato. (I. VII, 1347, n. 10.)

Inc.: „Le conditioni distinte e degne della persona di te dillettissimo n. n. Girolamo Venier k^r^. e le virtù e prudenza . . . In ducali palatio, 29 ianuarii 1688 (m. v. 1689).

Iussum citissime discedat; litteras fiduciales imperatori offerat; grata, nomine senatus, illi ac Germaniae principibus in aula versantibus referat; cum administris caeterisque oratoribus amice vivat; ea quae identidem occurrunt senatui nuntiet; arcanas litterarum notas sibi a secretis tantum aperiat. Aes menstruum statutum pro stipendio, comitatu, itineribus, pompis, tabulariis.

Documentum authenticum in volumine membranaceo, cum sigillo plumbeo appenso.

Hieronymum Venerium die 5 maii anni 1682 oratorem in Gallia renuntiatum puto illinc, paulo ante annum 1689, discessisse, quod etsi in senatu die 10 iulii a. 1689 orator ad caesarem fuerit electus, tamen die tantum 29 ianuarii a. 1689 *commissionem* accepit, ac die 24 aprilis iter incoeptum ex Bassano senatui nuntiavit. His consonant quae sub fine *relationis* num. 1338 scribit: „Ho impiegato il corso di quasi due interi lustri in due legazioni.“ **1337.**

1689—1692. Hierouymi Venerii legatio ad imperatorem, annis 1689—1692. (I. VII, 1068—1069.)

Duobus voluminibus in folio insunt a. Expositio a novo oratore senatui facta, eorum quae eius nominationem (10 iulii 1687) Venetiis consecuta sunt, nempe visitatio legati caesarei, cum eoque conventum de Vindobonae praecipue agendis; b. Oratoris epistolae ultra trecentas senatui datae a die 29 martii 1689 ad 15 iunii 1692; c. Caesareae commendationis litterae sub oratoris redditu; d. Devotionis officium a Venerio reduce coram senatu praestitum; e. Relatio. Acta legationis complet *commissio* num. 1337.

In epistolis, fere omnibus ex Vindobona et Mödlingo datis (exceptis quae Tirnaviae, Fraistetelii, Leopoldstadii sub fine anni 1691), actum de rebus Hungariae ac de Turcis. Caeterum ab historicis venetis laus summa oratori tributa quod pacem a Turcis propositam Venetis incessanter ac firmiter refutaverit, nisi imperator quoque accederet.

Relatio incip.: „Se la difficile costituzione de' tempi, l'intreccio de' maneggi, l'importanza e congerie degli accidenti . .“

Litterae commendationis datae Vindobonae, 10 iulii 1692, senatui veneto, 1ª. imperatoris incip.: „Cum presentium exhibitor Hieronymus Venier, dilectionis vestre, illustrissimique dominii veneti in aula nostra oratoris . . .“; altera Josephi filii: „Redeunti Venetias latori presentium Hieronymo Venier in augusti Romanorum imperatoris domini genitoris nostri colendissimi aula . . .“ **1338.**

1690.
12 martii.

Relatio senatui veneto data a Friderico Cornelio, propriae legationis ad Leopoldum I imperatorem. (I. VII, 392, f. 499—527.)

Inc.: „Quest' è la relatione dell' ambascieria di Germania di me Federico Cornaro cavaliero, che principiata con i felici auspicj . . . 12 marzo 1690."

Caesaris egregie facta dicere orsus orator, Vindobonam, post eius fugam, a Turcarum periculo, principum christianorum ope, liberatam enarrat. Postquam de Hungariae rebus minutatim retulit, imperatorem et archiduces, consiliarios et administros quaquaversus diligenter expendit. Redditus, vim militarem, ingentes belli sumptus memoria repetit. Conventum cum Turcis Vindobonae habitum, cui adfuit, describit, animadvertens nullam eis fidem tribuendam. Quo nexu cum caeteris Europae principibus degat imperator securus pronuntiat. Sub fine successorem commendat Hieronymum Venerium ac Bartholomaeum Giavarina a secretis. Stylus saeculum sentit, ubi enim Leopoldum pingit, sic incipit: „Per passar a formar il ritratto sublime de' pregi che adornano Leopoldo cesare, opera sarabbe da compaginarsi in più volumi, non nella ristrettezza di questi fogli."

Serius relationem in senatu legit Cornelius, quem die 19 augusti a. 1683 electum Hieronymus Venerius excepit. **1339.**

1691.
16 februarii.

Leopoldi caesaris duplex cardinalium collegio epistola data Vindobonae 16 februarii 1691, quarum prima dolet mortem Alexandri papae VIII, ac commendat *talem designent successorem qualem hc necessitates* requirunt; altera Antonium principem de Lichtenstein legatum in hoc misisse asserit ut *suam estimationem erga sacrum collegium testetur*, ac ad prosperum novi pontificis eligendi successum conferat. (I. XI, 31, f. 413—417.)

Prima incip.: „Evectum haud ita pridem ad summi apostolatus apicem Alexandrum . . ."; altera: „Cum gravissimum illud negotium quod in presentiarum a rever. paternitatibus vestris." **1340.**

1693. Instructiones quas comes Horatius ab Elci, caesare imperante, comiti de Mansfeld, Fondi principi dedit, antequam Leopoldi I legatus Romam ad Innocentium XII pontificem anno 1639 proficisceretur. (I. VI, 241, f. 1—32.)

Inc.: „Appena dichiarata vostra eccellenza per ambasciatore al sommo pontefice Innocenzo XII gloriosamente regnante . . .“

Quas auctor turbate obtulit agendi normas vel politicas, vel oeconomicas, vel mixtas, hae sunt: Legatus sentiat prorsus cum pontifice et cardinalibus, quorum ingeniis studeat; amet quietem; fidem cuique non obstringat; Hispaniae legato consocietur; caveat a domicilio in loco frequentiori; familiam tum digniorem, tum humiliorem bene moratam eligat, ordinatimque disponat; sit prudens tum in visitationibus faciendis, tum in quaestionibus praecedentiae, praesertim cum urbis Romae praeside, tum in favoribus a pontifice provocandis; quidquid agit diario inscribat; exploratorès constituat; nunquam mentiatur; religioni se addictum ostendat; Romae consuetudines laudet; assentatores effugiat. Alia minutiora enumerantur. **1341.**

1695. 25 aprilis. Imperator Augustinum Chigium Farnesii principem urget ut intra terminum duorum mensium eius feudi dominium directum ad se spectare cognoscat ac investituram requirat. (L. XIV, 178, p. 753.)

Inc.: „Vobis notum facimus, tenore praesentium, iamque dudum ab imperialibus litteris patentibus . . . Vienne. 25 aprilis 1695.“ **1342.**

1696. Acta super praecedentiae dissidiis Romae obortis, occasione pompae *corporis Christi* anni 1696, inter legatum caesareum comitem de Martinez et urbis praesidem Pallavicinum. (I. VI, 241, f. 80—91.)

Cum principi Lichtenstein legato praecessori, ex conventis cum pontifice, ius praecedentiae datum esset, hoc idem Martinez contendebat: unde pontifex, concordiae gratia, praesidem abesse

iussit. Verum cardinales aliquot, malis artibus, controversiam vulgari, in eadem pompa, aggressi sunt; exinde legatus ea de re apud pontificem questus est. Facti historiam leges fol. 90—91, cui opponuntur que fol. 80—89, uno supra viginti capitulis continentur. Foliis 112—116, 168—120 duplex eiusdem argumenti pertractatio in medium adducta; ea legato favet, altera adversatur. **1343.**

1696.
3 augusti.

Leopoldus I Joannem Henricum a Tournon, eiusque haeredes legitimos utriusque sexus in coetum regni Hungariae indigenarum cooptat, eius iuramento propterea accepto. (L. XIV, 208, folia 6.)

Incip.: „Nos Leopoldus . . . Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus universis expedit quod nos . . . Vienne Austrie, 3 aug. 1696."

Documentum authent. membranaceam litteris polichromis, magna ex parte aureis, insigne. **1344.**

1697.

Innocentius papa XII imperatori petenti ut ecclesia cathedralis passaviensis in metropolitanam erigatur, vel potius a quolibet metropolitico iure ecclesiae salisburgensis eximatur, respondet quod, attenta acerrima controversia inter duas partes, in posterum rem mature discutiet, ut et tranquillitati earum ecclesiarum consulat et caesaris votis satisfaciat. (I. VI, 241, f. 54.)

Incip.: „Ex litteris maiestatis tue prima februarii anni elapsi ad nos datis . . . Rome, 1697." **1345.**

4 martii.

Philippus Carolus comes a Fustemberg, rector ecclesiae *del l'anima* nationis alemannicae Romae, abmovet officio, iussu legati caesarei comitis Martinez, quinque provisores eius ecclesiae et nosocomii. (I. VII, 882, f. 50.)

Inc.: „Per comando espresso datomi in voce come a prov. reg. dall' eccellenza . . . Roma, 4 marzo 1697." **1346.**

1698.
16 augusti.

Dux Venetiarum dat summam agendi potentiam, in facto pacis conciliandae cum Turcis, Carolo Ruzzini, apud imperatorem legato. (I. VII, 398, f. 178.)

Inc.: „Essendo stata dal zelo e studio sempre lodabile della maestà del sereniss. e potentiss. re della Granbrettagna . . . 16 agosto 1698.“ **1347.**

2 septembris.

Imperator duci Venetiarum asserit sincerum sacri foederis (in negotio pacis cum Turcis) integritatem sibi esse tuendam. (I. VII, 399, f. 146.)

Inc.: „Quod hactenus toto presentis contra Turcas belli cursu prestitimus sedulo . . . Vienne, 2 sept. 1698.“ **1348.**

6 octobris.

Caesar annuit ut, negotio ob moram periclitanti ingruente, Franciscus Lauredanus, Carolo Ruzzini legatus suffectus, ad privatam audientiam, *decenti insinuatione previa*, admittatur. (I. VII, 392, f. 679.)

Inc.: „Postquam sua cesarea maiestas modernum legatum venetum . . . Luna, 6 octobr. 1698.“ **1349.**

De sanctis aquileiensibus quorum officia in sua ecclesia celebrari petit episcopus labacensis. (L. XIV, 51, f. 157—158.)

Inc.: „Urbs labacensis, Emona olim dicta intra diecesim urbanam patriarche aquil. . . .“

Sunt antem ss. Hilarius et Tacianus, Maximus, Pelagius, Primus et Felicianus, Acatius et socii, Margaretha, Valerianus, Paulinus, Rochus, Cunegunde, Florianus et socii, Maximilianus, Leopoldus, Virgilius.

Acta ecclesiae (ante annum 1461 aquil. dioecesi subditae) referuntur usque ab anno 1677. **1350.**

1698—1699.

Narratio conventus caroloviciani, quam dedit quidam a secretis Carolo Ruzzini, veneti cum summa potestate ad eum conventum legati. (I. VII, 407, f. 70; 902, f. 48—77; 1255, f. 256—319.)

Inc.: „Seguita la pace tra la Francia e le potenze collegate l'anno 1697, li 30 ottobre, nel palazzo di Riswich all' Aja . ."

Primo statim excutit auctor conventus causas, proximam nempe Hispaniae successionem ac non intermissa diuturni belli pericula, unde caesar, Anglia et Hollandia pacis sequestris, cum foederatis ditionibus polona, veneta, mosca conventum adit. Rerum tractandarum principio recepto: *uti possidetis ita possideatis*, legationes austriaca et veneta die 25 septembris a. 1698 Vindobona discedunt Petrumvaradinum versus, quo post dimidium octobris cum caeteris legatis conveniunt. Narrator urbes et oppida munita in itinere visa, Posonium, Crumerium, Strigonium, Vicegradum, Budam a Turcis eversam, Tutoch describit; pompam praesertim qua venetus legatus die 23 octobris Petrumvaradinum est ingressus. Carolivicii situm ubi oratione expressit, quaestiones inter Moscos et Polonos pro tentoriis figendis attingit, negotiumque in diem ex die dilatum propter visitationes, caeremonias ac commutatas invicem auctoritates memorat. Primores adstantes, turcicum Mehemetum Reis Effendi magnum cancellarium, cum Alexandro Maurocordato interprete; internuncios anglicum Willelmum Puget, hollandum Jacobum Colliers; legatos, caesareum Wolfgangum Etting, concilii caesarei praesidem, ac Leopoldum Schlich imperatoris camerarium, polonum Stanislaum Malakowski Posnaniae palatinum, venetum Carolum Ruzzini cum sibi a secretis Joanne Baptista Nicolosio et Jacobo Colombo, moscum Dumnum Bolchiam imperii cancellarium. Cunctationum in agendo causis adlatis, arduum evincit cum Turcis convenire, quod, punicae fidei cum sint, oretenus tantum negotia pertractent, scriptis ac conciliationibus refutatis; quaestiones de finibus, praesertim ad Narentam, designandis; de locis vel evacuandis vel, aequa proposita compensatione, retinendis graviores in dies suboriri: Turcas morarum impatientes congressum non tantum Keskemetum transferendum reiecisse, verum finiendum instasse, quod caeteri quoque contendebant legati, ancipites num Veneti cum Turcis clam agerent. Mense ianuario a. 1699 ad finem vergente, oratores cum liberis mandatis reditum apparant

Vindobonam, per Petrum varadinum et Albam regiam, quibus locis basilice excepti, pacis extrema conciliant. **1351.**

1698—1699. Series documentorum quae latine, itale, gallice, turcice exarata venetus ad imperatorem orator Carolus Ruzzinus, quo tempore ad pacem cum Turcis componendam, mediantibus internunciis anglico, hollando, ac legatis caesareo, polono, mosco, cum summa potestate legatus ad carolovicianum conventum missus est, congessit. (I. VII, 399.)

Cum singulorum indicem contexere nimis ab instituto scribentem abducat, nec utilitatis plurimum praeseferat, sat puto manu prima tantum admota, ex iis potissima adducere.

1. Epistolae latinae annis 1698—1699: a. Leopoldi imperatoris duci Venetiarum, regi Poloniae, Francisco Udalrico comiti Kinskio, Wolfgango comiti ab Etting, Leopoldo Josepho comiti Schlik, ut et eorumdem ad eum, super pacis in conventu cum Turcis negotio. Extant praeterea viginti italae autographae, aliaeque plures in exemplis vel latine vel itale Vindobonae datae a Kinskio legato veneto Carolo Ruzzini. — b. Willelmi III magnae Britaniae regis imperatori, duci Venetiarum, Willelmo Puget legato anglico: huius plures gallice et itale Carolo Ruzzini. — c. Regis Poloniae, eiusque legatorum Joannis Gomolinskii et Stanislai Malakowski. — d. Petri Alexievich Moscoviae autocratoris et Procopii Woznicyn legati. — e. Ordinum Belgii foederatorum ac eorum legati Jacobi Collier: huius italae plurimae Carolo Ruzzino. — f. Magni visiri regi Angliae et Alexandro Maurocordato.

2. Exempla diplomatum quibus principes summam auctoritatem de pace aut induciis in conventu cum Turcis tractandi propriis legatis tribuerunt, *passim* fol. 23—182.

3. Propositiones vel latine vel itale a principum legatis in caroloviciano conventu exhibitae, *passim* fol. 399—440, 555—557, 637—642.

4. Duplex documentum originale turcice. a. Mandatum turcici cum summa auctoritate legati Angliae et Hollandiae mediatoribus traditum, charta bombycina, fol. 444. — b. Pactum conventum inter rempublicam venetam et imperium turcicum, charta crassiori; ambo cum sigillo, serico grandiori involucro concluso, fol. 587.

5. Quaedam in carolovicianis colloquiis a Jo. Baptista Nicolosio, a secretis, collecta, fol. 294—315.

6. Epistolae quatuor supra viginti a Francisco Lauredano legato veneto Vindobonae, a die 1 nov. 1698 ad 22 martii 1699 Carolo Ruzzino datae, fol. 320—398.

7. Epistolae plures quas eidem Ruzziuo Alexander Maurocordatus interpres legati turcici, Thomas Tarsia Constantinopoli, Joannes Dominicus Bartolini et Jo. Bapt. Nicolosius ex Alba regia, Franciscus Menegatti ex Ebersdorfio, Aloysius Ferdinandus Marsilius e Buda, aliique dederunt.

8. Narratio reditus Carolovicio Vindobonam per Albam regiam, quae civitas, ubi legatio diversata est, describitur, fol. 626—633.

9. Oppidi muniti Albae regiae delineatio anno 1699 facta.

1352.

1700. Relatio propriae legationis ad Leopoldum I, a Carolo Ruzzino senatui veneto oblata. (I. VII, 381, f^a. 79, 892, f^a. 180; 901, f. 210—284.)

Inc.: „Se le memorie de' passati secoli mostrano quanto sia stata gloriosa la cura dell' augusta patria nel vigilar sopra il destino del mondo . . .“

Quadriennio post suum Vindobonam accessum (17 april. 1693) hungarico conventui cum summa potestate a Venetis legatus, pacis inter imperium, Moscoviam, Turcas et Venetos a die 23 iunii 1698 praeliminaria, uti dicunt, firmat; quibus quasi fundamentis quadrimestris Carolovicii congressus suffultus. De his omnibus in relatione data anno incipiente 1700, ita ut primo statim de congressu hungarico, dein de caroloviciano, extremo de legatione ad caesarem disserat.

1. Turcarum successibus saeculo decimoseptimo terrae marique evolutis, quae congressum hungaricum apparaverint exponit.

2. Fusius de caroloviciano conventu, situm enim primo describit; castra militari forma disposita, quorum linearem picturam ad senatum praemiserat, pluraque alia continenti sermone declarat quae superiori articulo sunt agitata. Quae ad conventus decreta differenda Lauredanus Ruzzino ad aulam caesaream suffectus anno 1699 frustra sit operatus enarrat, congressu enim dissoluto, serius Ruzzinus eius pacta rata habuit, unde pax obfirmata.

3. Quae proprie legationem ante conventum hungaricum attingunt paucis resumuntur. Ubi de provinciis quae imperium ac austriacam ditionem componunt, disseruit, resque fusius est persequutus Bohemiae et Hungariae, Leopoldum imperatorem eiusque familiam ita acu pingit ut ad penitiora quoque se referat.

Sub fine laudat interpretes Arnaldum Carli ac Aloysium Forti, Laurentium Fondra *fiscalem*, Israelem Conegliano medicum, ac exposcit anuli donum sibi a caesare factum ratum iri.

Codicem primum concludit tabula polichroma inscripta: *Theatrum pacis quod inter sereniss. et potentiss. imperatorem Romanor., regem et rempublicam Poloniarum, rempubl. venetam, Czar Moscoviae et seren. et potent. imperatorem Turcarum, iuxta oras Danubii et eversi olim oppidi Carlovitz, 26 mens. oct. 1698 aperiri ceptum est.* **1353.**

1699.
2 decembris.

Imperator suo consiliario comiti Joanni Henrico a Tournon, pro egregie sibi praestitis, concedit honorem comitis comitatus bodroghiensis cum iurisdictione, obvenientibus, proventibus et emolumentis, ita tamen ut fidelitatis iuramentum ei deferat, et iudicium ac iustitiam in iurisdictione sua ex aequo administret. (L. V, 58—59, n. 24.)

Inc.: „Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis quod nos attentis . . . Vienne Austrie, 2 dec. 1699."

Exemplum authent. cum sigillo cereo. V. n 1344. **1354.**

1699—1732. Epistolae latinae centum octoginta annis 1699—1732 in historiam aquileiensem, ex autographis sumptae, quarum magnam partem Justo Fontanino dederunt illustres ex Germania Joannes Christophorus Becmannus, Joannes Georgius Eccardius, Albertus Fabricius, Godefredus Christianus Goetzius, Marquardus Herrgott, Joannes Burchardus et Otho Menckenius, Maximilianus Russlerus, Erhardus Reusch, Georgius Conradus Sieglerius, Antonius Steyrer, Godofredus Strasberg, Henricus Brenkmannus. (L. XIV, 95.) **1355.**

1701—1702. Series epistolarum quas duobus voluminibus (1079—1080) digestas Benedictus Capello ex sapientibus (Savj) consilii, senatui veneto a die 8 febr. a. 1701 ad 1 nov. 1702 obtulit qua occasione, eiusdem senatus iussu, cum cardinale Caesare d'Estrées, partim in coenobio fratrum minorum s. Francisci, vulgo *dei Frari*, Venetiis, partim domi apud alterutrum convenit, de alemanni exercitus aditu ad Italiam prohibendo. (I. VII, 1079—1081.)

Cum Veneti in dissidiis inter Gallos et Alemannos, utrosque paratos Italiam novis armis occupare, neutri parti studerent, cardinalis d'Estrées Venetias, Galliae regis nutu, lusorio nomine abbatis de Rivalta, clam sub initio anni 1701 accedens a senatu impetrat ut sermones cum quodam ad id deputato conferat. Capello etsi laborans podagra (quo morbo 22 maii a. 1703 obiit) biennio firmiter foederi a Gallis in Alemannos proposito obstat, unde cardinalis, re infecta, anno 1702 ad finem vergente, Mediolanum secedit, inde in Hispaniam concessurus. Insunt et epistolae eiusdem cardinalis, electoris Coloniae, Eugenii a s. Josepho, generalis Carmelitarum, viceregis Neapolis.

Volumine insequenti 1081 insunt a. epistolium patris Vincentii Coronelli, in cuius cubiculo conventus plerique celebrati, Joanni Baptistae Nani (Savio di *settimana)*, — b. disputata de hac re in senatu, — c. electio Benedicti Capello, — d. epistolae senatus suis oratoribus in Gallia et Germania de eo negotio, a die 28 ianuarii 1701 ad 23 dec. 1702. **1356.**

1702—1714. Compendio del libro intitolato *la bilancia di Marte*, ovvero: 'Ragioni per le quali la seren. repubblica di Venezia deve stringere coll' augustissima casa d'Austria' (sic). (I. XI, 91, f. 60—75.)

Prooemium incip.: „Già ti vedo sorpreso dal titolo di questo discorso, e forse ti parrà che il termine di *bilancia* competa più propriamente . . ."

Opus, cuius breviarii schema exhibeo, saeculo decimoctavo ineunte (1702—1714) exaratum, num reapse existat, an editum sit prorsus ignoro. Auctor octo capitulis demonstrandum insumit reipublicae venetae conservandae magni interesse a neutralitate, uti dicunt, abhorrere; iustitiae et utilitati consonum cum Austriacis foedus inire, quod sint viciniores, promissis stent, commercii prosperitatem exemplo dato permittant, dum Gallohispani fraudulenter usurpatori Philippo V faverunt, nullam iuramenti fidem praestantes. Galliae monarchiam universam aventis subdolas agendi artes et irreligionem exprobrat, eius historiam a Richelieu repetens. Obiecta refellit ex eo sumpta quod respublica ad bellum Galliae declarandum teneatur, quod impensa pro bello apparando augenda sit, quod sibi relicta in periculo versari formidet. Austriae cum principibus imperii in Galliae excidium paratae prosperitatem, quam plures inique negant, demum reipublicae decus et religionem exposcere ut quam citissime Veneti foedere Austriacis nectantur. **1357.**

Sylva propositionum, exemplorum ac locorum ex bibliis et scriptoribus classicis graecis et latinis, per plures numerorum ordines digesta, ad opellam de foedere reipubl. venetae cum domo austriaca ac foederatis cogendo. (I. XI, 91, f. 76—79.)

Inc.: „La gemma più preziosa ed il lustro più eccelso ch'arrichisca e nobiliti un principato supremo . . ." **1358.**

1704. *Dominici Signorini* panegyris Eleonorae Magdalenae Theresiae imperatricis, eius die natali recurrente, anno 1704 exarata. (I. VIII, 3, f^a. 83.)

Orationem universam, quippe locis ex bibliis et patribus insutam, religiosas imperatricis virtutes depraedicantem, *asceticam* appellare ausim, quod auctor confirmat ubi orationi (fol. 2—32) addit: *Continuazione ossia aggiunta al sopradetto discorso spirituale* (f. 33—82). Historici momenti gratia do fusius principium: „Dopo che io Domenico Signorini ebbi la fortuna di portarmi dalla Toscana nella Germania, e che con l'aiuto del signore Iddio, il di 7 agosto 1704, son terminati quattro anni e mezzo da che mi ritrovo in questa imperiale, ed ho avuto tanta gratia dall' altissimo e dalle vostre augustissime maestà d'esser presente (benchè indegno e peccatore ch' io sono) nella capella cesarea, in tutte le belle funzioni spirituali . . ."

Ineditam crederem, quod nihil de auctore in operibus a. Julii Negri: 'Degli scrittori fiorentini'. Ferrara, 1722; b. Dominici Moreni: 'Bibliografia storica-ragion. della Toscana'. Firenze, 1805. **1359.**

1707. Supplex libellus Vindobonae caesari oblatus ideo ut dignitas princeps Ferdinando Carolo Mantuae duci restitueretur. (I. VII, 1522, f. 556—558.)

Inc.: „Vengo a' piedi della s. m. v. per commissione d'un principe presentemeute odioso, per proporre un affare apparentemente arduo . . ."

Ferdinando Carolo Vindobonae in supremis consiliis perduellione dicto, solio ideo deiecto, ducatus Mantuae imperio cessit. Supplicationis auctor anonymus postquam eorum ducum merita in domum austriacam extulit, momenta quibus Ferdinandus Carolus neutri parti favit, ex historia sumpta profert. Caeterum neminem latet extremam in conventu ratisbonensi sententiam, qua duci iura omnia in principatum adempta, die 30 iunii a. 1708 datam, Mantuae vero 23 iulii eius anni, post mortem ducis promulgatam. **1360.**

1708. 21 iulii. Clemens papa XI rempubl. venetam ad officia ecclesiae bono profutura hortatur, eo magis quo copiae caesareae ac vicerex

Neapolis in eiusdem damnum, novo scandalo, ingruant. (I. VI, 321, p. 117—119.)

Inc.: „Non est liberum nobis silere cum dignitas et auctoritas, sacre rom. eccles. in conspectu totius christiani populi . . Rome, die 21 iulii, 1708." **1361.**

1708.
4 augusti.

Dux Venetiarum respondet pontificem sua prudentia omnia conciliaturum, se vero quaeque acturum ut in hostium animos concordiae sensa inducat. (I. VI, 321, p. 120—121.)

Inc.: „Sempre ci riuscirà grave e molesto tutto ciò che possa perturbare l'animo di vostra beatitudine . . 4 agosto 1708. **1362.**

9 decembris.

Relatio legationis ad caesarem, quam Joannes Delphinus eques, ad senatum Venetiis habet. (I. VII, 901, f. 286—318.)

Inc.: „Soggiaciono alle vicende del tempo li genj de' prencipi, le fortune de' ministri, e gli interessi de' stati . . 9 decembre 1708."

Orator dimidio anno 1702 ad id muneris vocatus, praedecessorum ad instar, quae imperatorem demortuum et Josephum suffectum, eorum familiae membra singula, ministros, praesides consiliorum, vim militarem, rem aerariam, vectigalia, provincias austriacae ditionis et imperii, caeteros Europae status qua ad imperium se referunt, spectant, non sine severiori rerum observatarum iudicio, disserit. Quae singulatim in enarratione animadvertimus: a. Vindobonam innovatam, quin ad vectigalium fraudatores avertendos, novis finibus vallatam; — b. eius gubernatorem Ferdinandum marchionem de Obiziis patavinum rei tormentariae praefuisse; — Hungariam Rakoczi artibus agitatam in rebellionem quotidie magis niti; — esse in aulae consiliis, oppidulum Portorè in Carnario portu communire, ubi naves commercii causa instruendae tute consistant; — e. inveterato in Gallos odio non obstante, eo luxum Vindobonae progressum, ut vestes, ornamenta, vina caeteraque eiusmodi ex Gallia, immodico sumptu, trahantur. Dum graviora Austriacorum dissidia de commercio maritimo cum Venetis memorat, dolet animalium mactandorum curam adeo in republica negligi, ut omnia vel ex

Germania, vel ex finibus turcicis comparentur. Sub fine senatui veneto Fabium Lio et Marinum Marinum sibi a secretis commendat, ac donum ab imperatore suae imaginis adamantibus ornatae sibi factum confirmari deposcit. **1363.**

1711.
18 aprilis.

Eleonora Maria Theresia pontifici mortem filii Josephi I imperatoris, et nati Caroli III archiducis ad imperium adventum nuntiat. (I. VI, 321, p. 101—103.)

Inc.: „Post officiosam commendationem filialis observantie.. Vienne, die 18 aprilis, 1711." **1364.**

3 maii.

Eidem dolet pontifex de nunciato obitu, eamque solatur quod Carolus *liberis electorum suffragiis* ad imperium evehatur. (I. VI, 321, p. 104—106.)

Inc.: „Summo ac intimo dolore correptum ac veluti repentino et inopinato ictu percussum . . . Rome, die 3 maii 1711."

Cum in hoc breve per aliquos animadversum sit, quod pontifex de rebus religionis digne imperatrici responderit acriter scribenti: *mors ista in has temporum procellas inciderit in quibus vera christiana religio undequaque impetitur*, obiecta refutata sunt opella: *Risposta alle riflessioni sopra il breve*, quae incip.: „Mancava questo solo alle presenti disgrazie della santa sede che noi perduta ogni venerazione . . ." quam leges hoc eodem codice, p. 81—101. **1365.**

1716.

Carolus VI imperator consiliariis senatus mantuani communicat nativitatem filii Leopoldi principis Asturiarum. (I. XI, 131, f. 9.)

Inc: „Cum de fide ac devotione in nostram augustiss. domum vestra ex multis . . . Vienne, 14 aprilis 1716." **1366.**

1718.

Caroli Ruzzini ad passerovicianum cum Turcis conventum, pacis conciliandae gratia legati, epistolae itale datae Tarvisio, Vindobona, Alba regia, Passerovicio, a martio extremo ad novembrem incoeptum a 1718. (I. VII. 383, fol. 154.)

1718.

Adeo est in eo congressu negotiorum tractandorum commune imperio et reipubl. venetae momentum, ut qnae ad illud pertinent ab iis quae ad istam, dissociari nullatenus possint. Ideo senatus legatum Vindobonam mittit ut caesaris et eius administrorum, praecipue vero Eugenii Sabaudiae principis animum exploret, num ad inducias vel pacem inclinent, eorumque pronam in venetas res voluntatem adducat. Huic incepto plurimum conferunt orator venetus ad caesarem, Petrus Grimanus ut et eius ac Ruzzini a secretis Vendraminus Bianchi, ac Albertus Columbus.

Legatus epistolis quadraginta senatui veneto datis (f. 1—114) primum naturam eius conventus, *promosso dal reciproco artificio, più che da sincere intenzioni; senza base di preliminari accordati; con disegni di pretese di natura disuguale tra l'imperatore e la repubblica veneta*, belle pingit; Turcas alienos ab agendo cum Venetis de pace futuros; Caesareos id tantum in conventu acturos ne paci impedimenta ponantur asserit. Demum refert ex Passerovicio quid egerit, pacis sequestris legatis caesareo, anglo, hollando; moras a Turcis subdole interiectas; quaestiones de principio: *uti possidetis ita possideatis*, confinibus, oppidis munitis Butintrò, Prevesa, Vonizza, servis utrinque fugientibus, navium appulsu ec. ardentius agitatas, donec pax (cuius instrumentum pericopis 26, fol. 72—81 extat) die 21 iulii composita. Foliis 84—90 legitur pacis instrumentum caesaris cum Ottomanicis, ut et fol. 90—93 eorundem tractatus commercii. Quaedam venetae reipubl. inquisitoribus a Ruzzino inscriptae epistolae hoc singulare praeseferunt quod munera turcicis legatis aliisque, pro optimo rei eventu, ad aureos venetos nummos 532 supputantur.

Pars voluminis altera (f. 127—151) habet epistolas 36 a Ruzzino a dimidio aprili ad dimidium octobrem a. 1718 Eugenio Sabaudiae principi, principi Valachiae, Carolo Alexandro Wittembergae duci, Ibraimo passà, Roberto equiti Sutton, Jacobo Colliers, Michaeli Talman, principi Trautzen, baroni Otl, comitibus Starembergio, de Zinzindorfio, Schlikio, Schulemburgio, Stella ec. in

eam rem datas. Volumini iunguntur litterae patentes membranaceae cum apposito sigillo plumbeo, quibus Joannes Cornelius dux summam ad conventum passerovicianum auctoritatem Carolo Ruzzino legato tribuit, die VI martii 1718. **1367.**

1721. Ragionamento legale in cui si prova che lo statuto proibitivo ai laici di maggiormente alienare i loro beni stabili a beneficio degli ecclesiastici e di tutti quei che *mani morte* vengono chiamati, egli sia nel regno di Napoli estremamente necessario, utile e giusto, a verun modo pregiudiciale alla ecclesiastica libertà, e che questa sia la legge colla quale per l'innanzi s'è vissuto ed al presente in tutta Europa si vive, nel qual trattato si convalida con fortissime ragioni la legge emanata nell' arciducato di Austria a' 3 di settembre del passato anno (1720) da Carlo VI imperatore, che vieta farsi simiglianti alienazioni a mani morte, ed ordina loro che gli poderi già acquistati debbiano fra lo spazio di tre mesi vendere a' laici. (I. II, 100, folia 75.)

Inc.; „Quanta sia l'utilità che rechi ad una repubblica frenare la libertà de' laici d'alienare i loro beni stabili agli ecclesiastici . . ."

Opellam eo protuli quod decreto illi caesareo Vindobonae a. 1720 dato et sub fine codicis legendo, tanquam substrato innitatur, quandoque etiam id illustret. **1368.**

1726. Relatio senatui veneto, anno 1726 incipiente, oblata legationis qua *Franciscus Donà* apud Carolum VI imperatorem annis 1722—1725 functus est. (I. VII, 881, f. 82—92.)

Inc.: „In ossequio alle publiche leggi, rassegno a vostra serenità et a vostre eccellenze questo imperfetto tributo d'obbedienza . . ."

Ubi orator regiones haereditatis iure domui austriacae proprias per partes descripsit, ac imperatoris eiusque familiae adiuncta obtulit; exercitus, rei aerariae, vectigalium, commercii terra marique habiti momenta evolvit, ac asperiora quae enun-

cleanda se offerunt, ea asserit quae proxime attingunt visitationes navium in sinu hadriatico, ac praesertim quae valetudini tutandae referuntur, communium confinium prolationis gratia. Sub fine Caesarem Vignola, sibi a secretis egregie commendat.

Auctor cum ea legatione quadraginta millibus florenorum duorum mercatorum vindobonensium gravaretur, respublica a. 1729, re comperta, debitam summam exsolvit, eius bonorum redditibus sequestro expositis. Idem serius extremus reipublicae historiographus dictus. **1369.**

1734. Summarium epistolarum ducalium, relationum, orationum ec., quae bellum inter Hispaniam, Galliam et Austriam, successionis ducatus parmensis gratia initum attinent. (I. VII, 1226, f°. 294.)

Expositio historica contentorum in singulis documentis, titulo: 'Continuazione della guerra d'Italia', excurrit diarii modo a die prima maii ad extremam iulii a. 1734. **1370.**

20 iunii. Quidam nuntiat cuidam (Venetias) de proelio cruento exercitus in Gallos foederatos, in finibus Parmensium, huiusque recessum. (I. XI, 131, f. 25—27.)

Inc.: „È noto a lei come era postata l'armata degli alleati . . Dal campo alemanno, 20 giugno 1734. **1371.**

14 iulii Benedictus de s. Joanne, frater minoris observantiae nuntiat Vindobona duplici epistola diebus 8 et 14 iulii data, Jacobo Bensperg mercatori Venetiis de fama belli proximi, deque aula imperiali vindobonensi. (I. X, 33.) **1372.**

1735. Exemplum belle exscriptum *historiae* quam dicunt *arcanae*, titulo: Del regno di Carlo VI imperatore, di *Marco Foscarini, senatore veneziano. Libro primo. 1735.* (I. VII, 797, fol. 81—174.)

Liber alter desideratur ut et dedicationis epistola Marco Ruzzino. 1 sept. 1735. Etsi Thomas Gar opellam ex auto-

grapho bibliothecae palatinae viudobonensis in *Archivio storico italiano* (tom. V, p. 11—108), nomine ab eodem auctore indito: *Storia arcana* ediderit, refero tamen et propter tituli singularitatem et propter sermonis ac adiunctorum quoque varietatem cum impresso; quod operis retractationem, ut pag. 439 annotavit Gar, innuit. **1373.**

1736.
15 septembris.

Relatio quam suae legationis viudobonensis ad imperatorem Carolum VI eques Marcus Fuscarenus senatui veneto obtulit. (I. VII, 882, f. 120—179.)

Inc.: „Negli tre anni della mia residenza alla corte di Vienna, essendosi perturbata l'Europa d'una strana e fierissima guerra . . . 15 settembre 1736."

Auctor die 7 februarii a. 1732 orator designatus, communioribus locis omissis de singulis imperii provinciis, imperatore, austriaca domo, administris ec. quae caeteri ante eum oratores minutatim evolverant, ea penitius introspicit quae conditiones aulae vindobonensis eo adveniente (mense novembri eius anni) respiciant; quae regiminis formam et molimina; quae procerum (principis Eugenii, equitis comitis de Harrac, comitis Guidonis de Staremberg) opiniones et acta. Insuper belli causas enumerat, imperitiam domini de Bertenstein a secretis aulici consilii; immissionem in Etruriae et Parmae ducatum Caroli iufantis; regis Poloniae electionem; pragmaticae sanctionis fulcieudae desiderium. Cum Alemannis in Italia res male cederent argumenta potissima expendit, nempe: a. italam in Italia militiam nullam fuisse; — b. fluctuantes animos in Mediolani pactis cum Helvetiis ineundis; — c. Italiae provinciarum militaria praesidia imparia; — d. aerarium exhaustum; — e. aptos bellicorum operum in castris munitis machinatores desiderari. His addit caecitatem mareschalli de Mercy, guastallensis pugnae malum exitum, profligatas Bitonti copias, motus exercitus tardiores; Austriacorum fortunam in peius ruentem. Pactam cum Gallis mense maio usque octobrem a. 1735 pacem Alemannis displicuisse, inde enim amissum neapolitanum dominium, impera-

tori quam maxime addictum, ex quo ingens pecuniae vis regimini data; Lotharingiam comparatam utriusque Siciliae regno minime aequandam. Auctor (qui serius, anno nempe 1762, dux venetiarum renuntiatus) ubi variam aulae vindobonensis in negotiis cum Bavaria, Hollandia, pontifice, Turcis, Moscovia, republica veneta gerendis sagaciam laudavit, imperatoris et regni administrorum opiniones ac studia discutit.

Relationis autographum legere est in codicibus mss. Fuscareni, biblioth. palat. vindobonensis. V. 'Archivio storico italiano', tom. V, p. 438.

Fuscarenus Vindobona redux paulo ante relationem, officium in senatu celebrat, quod ex codice seminarii Veneti LI° editum est occasione nuptiarum Francesconi — Michiel. Venezia, 1859, p. 9—10. **1374.**

Notitiae eorum quae vel archaeologiam, vel artes amoeniores spectantia Antonius Maria Zanetti e Venetiis, Vindobonae anno 1736, ex haereditate Eugenii Sabaudiae ducis sibi coemit. His adduntur epistolae itale et gallice, numero septem supra triginta, quas fere omnes manu propria inscriptas Anna Victoria sabauda, princeps Venceslaus a Lichtenstein ac eius uxor, Daniel Antonius Bertoli, Domin. Joyard, orator venetus Andreas Erizzo eiusque a secretis Joannes Gobbi, comes de Tessin orator suedus, summus venetae militiae magister, comes a Scholemberg, cardinalis de Collonitz, comes Caunitz, Joseph Riva a secretis ducis Mutinae eidem Zanetti hac super re miserunt. (I. XI, 116.) **1375.**

1736—1744. Storia e gesta di sua maestà la imperadrice regina Maria Teresa, regina d'Ongheria e Boemia, arciduchessa d'Austria . . ., e per maritaggio gran duchessa di Toscana, dalla sua nascita sino all'esaltazione al trono imperiale, di sua maestà l'imperatore Francesco I duca di Lorena e di Bar . . . gran duca di Toscana gloriosamente regnante, tratta da imparziali e autentici documenti scritti in todesco linguazzio. (I. VI, 267, f. 233.)

Inc.: „Chi non è affatto peregrino nella storia dell' impero, anzi dell' Europa tutta, non può ignorare . . ."

Quis fuerit auctor coaevus historiae, quam belli nunquam intermissi in Hungaria, Bohemia, Italia narratione consarcinavit, arduum est vaticinari, quanquam venetum non diffitear, quod ex rerum adiunctis iudico.

Prooemio (f. 1—5) dat compendiose schema domus austriacae ad annum 1740, ac stemma gentile ab a. 946 ad 1742 deductum. Decem libris, quibus documenta quam plurima interseruntur itale versa, universa historia conclusa: primo Mariae Theresiae ortus, nuptiae cum Francisco Lotharingio, iter Florentiam, eius ad thronum ascensus, Josephi archiducis nativitas: caetera ab anno 1741 ad 1744 imperii promisso sane sermone evoluta. **1376.**

1739. Quidam nuntiat cuidam Venetias caesarei exercitus, duce Wallis, a castris Bellogradi recessum a triduo habitum. (I. XI, 131, f. 23—24.)

Inc.: „A seconda della promessa, per darle ulterior ragguaglio della sfortunata impresa . . . Belgrado, 25 luglio 1739." **1377.**

1741—1742. Epistolarum ultra sexaginta quas Petrus Andreas Capello, legatus ad imperatricem venetus Vindobonae, a mense ianuario a. 1741 ad aprilem 1742 senatui veneto offert. (I. VII, 1118, f. 32—177.)

Pluribus recitatis de ceremoniis pro eius ingressu et ad reginam praesentatione, post discessum (28 ian. 1741) Alexandri Zeni, narrat cancellarium aulicum Königsech in foedus cum principibus Italiae componendum vividius instare, ut et de Gallis et Hispanis ab Italiae occupatione detenendis, nec non Turcis ab Hungaria et insulis venetis exterminandis. Ritus pro coronatione Mariae Theresiae Posonii vel apparandi, vel exacti pluribus litteris describuntur, qua occasione de praesentatione Petri Martyris Curti et Santovii venetorum, nec non de quaestionibus

praecedentiae cum legatus et in ecclesia et in aula triclinii solemniter adstare iuvitaretur.

Epistolarum exempla in codice ex cancelleria secreta desumpta sunt in usum Marci Contareni Petro Andreae Capello in legatione succedentis a. 1742. **1378.**

1738—1740. Epistolae *Alexandri Zeni* veneti ad caesarem oratoris, ann. 1738—1740 senatui datae, omnes ex Vindobona et Moedlinga; eae quidem non ordine chronologico, sed per rerum pertractarum seriem dispositae. (I. VII, 1116—1118.)

Primo volumine dissertum de a. actis annis 1739—1740 ad patriarchatum aquileiensem abolendum, f. 1—35; — b. de confiniis, f. 43—116, 225—232, 237—242, 247—248, 251; — c. de solemnioribus in publicorum conventuum frequentia ritibus (ceremoniali), f. 131—189; — d. incursionibus imperialium et Turcarum in Dalmatiam, f. 197—221; — e. vectigalibus ex hungarico cum Venetis boum commercio, f. 121—130.

Secundo de a. cursu publico et tabellariis, f. 1—29; — b. peste ex Transilvania in Hungariam et imperium impendente, f. 51—65; — c. re salinari, f. 72—80, 163—164; — d. tributa in Venetos Liburni morantes abrogando, f. 130—151; — e. vectigalibus inter Tyrolim et rempublicam venetam minuendis, f. 155—159; — f. piscatione lacus benacensis pro mensa caesarea non impedienda, f. 191—195.

Tertio, nullo rei ordine servato, refert orator f. 11—29 imperatorem moliri Turcas ab imperio arcere, pacem cum Venetis et Italiae principibus componendam; additque morbi contagium temesuensem comitatum infecisse, Austriacos nihil non tentatum relinquere ad fines cum Venetis tutandos. Denuo de cursu publico et novis tabellariis.

Zenus orator dictus die 13 sept. 1736, recessus licentiam petit a senatu die 5 sept. 1739. Verum anno 1740 perfecto tantum discessit, quod Andreas Capello successor electus 22 aug. eius anni, nonnisi extremo decembri anni 1740 Vindobonam accesserit. **1379.**

1738—1742. Alexandri Zeni et Petri Andreae Capello epistolae ex Vindobona annis 1738—1742 senatui veneto oblatae, de actis in eorum apud Carolum VI et Mariam Theresiam legatione super quaestionibus inter Veronenses et Mantuanos pro usu fluminis *Tartari*, fines utriusque ditionis mantuanae et venetae designantis. (I. VII, 1117, f. 83—129; 1118, f. 12—15, 50, 59—60, 73—79, 82—85, 88—109, 126—127, 139, 147—149, 158—160, 178—183, 262—344.)

Usque ab anno 1437 conti et clathri in alveo fluminis defiguntur a Mantuanis cum impositione pro transitu porotis *molendini*, ut in illud hoc facto ius proprium sanciant: inde prima rixarum inter illos et Veronenses labes enata. Senatus veneti decreto 12 martii 1548, Paulus Contarenus Veronae potestas Mantuae pactum conventum cum Margaretha Gonzaga Mantuae ducissa habet, quo undecim capitulis mutua in usu fluminis Tartari ac aliarum etiam defluentium aquarum iura definiuntur. Cum in posterum novae inter Veronenses et Ostilienses ac Serravallenses pro communi earum aquarum usu altercationes orirentur, anno 1599 dux Mantuae Angelum Bertazzuolo et Guidum Nerli; senatus venetus Bartholomaeum Salvadego et Horatium Moncelese deputatos constituerunt ad praedictum conventum declarandum et applicandum (eapropter accedunt documenta plura annorum 1548 et 1599). Anno 1671 novae turbae excitatae, donec vividiores anno 1707 eruperunt, eo forsan quod Mantuani iura propria maiori auctoritate tutanda crederent, nam tribus ab annis Austriae dominio suberant. Dissidium annis 1723—1725 revixit. Denique cum anno 1736 magistratus Mantuae illicitis usurpationibus, uti dicunt, Veronensium iura ea super re sibi vindicare molirentur, legati superius nominati Vindobonae negotium componendum, documentis in medium allatis, insumunt.

Tractatum ratum habet Maria Theresia die 24 sept. 1764, respubl. veneta 4 octobris eiusdem anni.

V. Trattato fra sua maestà l'imperatrice regina apostolica e la sereniss. republ. di Venezia sopra l'uso delle acque del Tartaro par li possessori mantovani e veronesi. Verona, Ramanzini,

1768, fig. quod opus publici iuris fecerunt a. Martens in 'Recueil des traités', tom. I, p. 240; b. Wenk in 'Recueil', tom. III, p. 457; alemannice versum Le Bret in 'Magazin zum Gebrauch der Staaten' ec., tom. IV, p. 413; tom. V, p. 385; itale Neumann in 'Recueil des traités' ec., tom. I, p. 68—88. **1380.**

Plura de dissidiis inter Venetos et Mantuanos pro usu fluminis *Tartari*. (I. VII, 1177, f. 194.)

Volumen continet actorum seriem a medio saeculo decimosexto ad annum 1725, f. 1—90; annis 1740—1742, f. 91—189. Insunt opiniones ac consultationes senatui oblatae a provisoribus Veronae, deputatis *ad bona*, uti dicunt, *inculta* consultoribus reipublicae aliisque in salebroso argumento. Quae scripta notatu digniora sunt haec habentur: a. *Scrittura fatta da me conte Comberto Giusti, per stabilire le publiche ragioni per l'emergenze del Tartaro conteso dà Mantovani, e per provare l'incontrastabile possesso di esso fiume presso della republica serenissima.* Settembre, 1724; fol. 30—51. — b. Dissertatio *Zachariae Valaresso* (savio di terra ferma) ad iura reipublicae in Tartarum evincenda, 9 ian. et 12 febr. 1725, f. 57—90. — c. Notitiae et consultationes pluribus epistolis a magistratu *bonorum incultorum* senatui eidem de re oblatae, annis 1740—1741.

Haec omnia in usum oratorum venetorum Zeni et Capello conciliationis negotium Vindobonae tractantium consarcinata. **1381.**

1742—1744. Scripta miscella tam prosa tam vorsa oratione, quibus mordacius res vel bellicae vel politicae Germaniae et Hungariae praesertim excutiuntur. (I. XI, 144, p. 1—258.) **1382.**

1743. Tractatus Vormatiae conclusus inter Mariam Theresiam ac reges Angliae et Sardiniae, anno 1743 (itale). (I. VII, 1074, f. 54—65.)

Tractatui praeit pactum regis Sardiniae cum Maria Theresia, decem articulis Augustae Taurinorum firmatum die 1 febr. 1742,

de Hispanis Italiae adoriendae paratis, ab eius finibus amovendis, f. 54—58. Paulo post Britanniae rex, classe italicae libertati asserendae comparata, legatos cum summa potestate mittit Wormatiam qui cum imperatrice et rege Sardiniae in idem propositum ineant foedus. Hoc octodecim articulis, die 13 sept. a. 1743 sancitum est, tractatibus qui praecesserunt, taurinensi, ultraiectensi, badensi, vindobonensibus 16 martii 1731; 11 ianuarii 1732; 18 nov. 1738; versalliensi, 3 febr. 1739 revocatis et in integrum servatis. **1383.**

1743—1744. Acta venetae legationis qua Marcus Contarenus functus est ad Mariam Theresiam, annis 1743—1744, voluminibus sex maioris formae contenta. (I. VII, 1070—1075.)

Primum (cui praeit membrana commeatus oratori a duce veneto, itale data die 23 nov. 1743) et alterum volumen habent rescripta ultra sexaginta senatus oratori (12 dec. 1743 — 31 dec. 1744), potiori vero numero epistolas vel ab eo vel a venetis magistratibus, vel a proceribus austriacae ditionis, vel ab exteris, negotia legationis declarantes, aut scripturas, iudicia, uno verbo documenta omnia quae nomine *insertorum* veniunt. Quae praecipue agitantur sunt lites difficillime componendae de confinibus in vicetina provincia, Tyroli, Cadubrio et Foroiulii; exemplo sunt Covalum et Bassanum, Servich et Rozzo, Recobarium et Vallis arsa; Mons crucis, Cervignanum et Maranum, Antignana et Mons padernus, Aurontium ac Toblacum: his praesertim duobus extremis locis, ac Goritiae pro pascuis promiscuis, uti dicunt, altercationes eo conflagrarunt ut damnis mutuis reficiendis commissio veneto-austriaca Cormons anno 1744 sit instituta. Caetera quae excutiuntur argumenta sunt de a. solemnioribus archiducissae austr. Mariae Annae nuptiis, b. Wormatiae tractatu, c. militum copiis vel austriacis vel helveticis per reipubl. provincias iter habentibus; d. patriarchatu aquileiensi, e. capitulo civitatensi privilegiorum confirmationem ab Austriacis implorante, f. re sanitatis tuendae ac nemorum evigilandorum, g. epistolarum ac veredorum diribitoriis a principe Thurn-Taxis inventis, h. navibus

ab Anglis aut Signanis (quibus patentes navigationis litterae denegandae) praedatis vel captis, i. transfugarum traditione reciproca; k. uundinis Bolzani; l. marchione Rotta Graecii captivo; m. saltatrice nomine *Barberina* Venetiis et Berolini.

Volumen proxime insequens continet Contareni epistolas octoginta novem datas Tarvisii, Vindobonae et Gundendorfii, cum documentis insertis, a die 10 dec. 1743 ad 16 octobr. 1744. Orator *commissione* a senatu die 7 dec. recepta, Venetiis illico discedit cum duobus filiis, quos in legatione retinet. Equiti Capello suffectus habet a secretis Santorium, quem illico excipit Petrus Vignola. Valetudinarius, sub fine augusti 1744 implorat revocari: dum votis annuit, senatus oratorem equitem renuntiat, in eius operae egregie functae testimonium.

Codici millesimo septuagesimo quarto insunt documentorum exempla maioris momenti ab oratore senatui oblata: Epistolae fere omnes itale versae Caroli VI, f. 76—78; VII, f. 13—22, 31—33, 98—99; ac Mariae Theresiae, f. 24—25, 28, 149—154, 155—161, 163—164. — Tractatus Wormatiae, f. 54—65. — Bellum denuntiatum ab Angliae rege regi Galliae, f. 110—113; — ab hoc reginae Hungariae, f. 139—142. — Notitiae eius temporis historico-politicae, f. 30—33, 36—39, 50—53, 197—202. Confinium materies, f. 41—48, 184—189, 211—218, 231—232. — Uscocchorum ex Segna contra commercium maritimum ausus, f. 207, 223—229, 229—230, 235—236.

Volumen septuagesimum tertium supra millesimum offert regesta litterarum ducalium, f. 2—29, cum earum indice f. 32—54, ac oratoris, f. 55—78, aeque cum indice, f. 81—100.

Legationis relationem ultra annum ab oratoris reditu, coram senatu recitatam refert codex millesimus septuagesimus quintus. Contarenus valetudinis ergo coactus post novem menses regredi, die 14 maii 1746, ea propemodum refert quae, ubi de epistolis sermo fuit, attigimus; nisi quod perite actorum causas scrutatur. Ea incipit: „Antiche, sapientissime leggi de' maggiori indifferentemente prescrivono a' quelli che hanno avuto l'onore . . .“

Relationem edidit Samuel Romanin in 'Storia di Venezia', vol. VIII, p. 433—454. **1384.**

1744.
8 ianuarii.

Maria Theresia, regina Hungariae ec. duci Venetiarum nuntiat nuptiarum solemnia die 7 ianuarii habita inter sororem archiducem Mariam Annam et Carolum Lotharingiae ac Barri principem. (I. VII, 1074, f. 28.)

Inc.: „De concluso ex divina dispositione inter dilectissimam sororem nostram serenissimam . . . Vienne, die 8 ianuarii 1744." **1385.**

30 martii.

Eadem latino sermone Hungaros hortatur ut praedecessorum egregie facta memoria tenentes, regno bello vastato opitulentur, et in id consilia mature conferant. (I. VII, 1074, f. 163—164.)

Inc.: „Acre et sumptuosum, iamque triennio perdurans bellum, quod livor, malivolentia . . . Vienne Austrie, 30 martii 1744."

Orationem regina coram non recitavit. **1386.**

1745—1750.

Jacobi Antonii Tagliapietra, origo et series monasteriorum tum fratrum, tum monialium ordinis praedicatorum s. Dominici, ex provinciis Hungariae, Teutoniae, Bohemiae. (L. IX, 134, n. 3.)

Auctor qui dimidio circiter saeculo decimo octavo studia absolvit, post Eckardum, de monasteriis eo usque notis, dedit indicem ac notitias monasteriorum vindobonensis, rezensis, crembsensis, minzbacensis, styrensis, graecensis, leobiensis, frisacensis, bulsanensis, tridentini, pelloviensis, neoclaustrensis, sabariensis, lestinensis, vaciensis, vasvariensis, cassoviensis, quinquecclesiensis, pestinensis, soproniensis, naedriollensis, tulnensis, winhagiani, leontini, Sanctae Mariae vallensis, stainacensis. **1387.**

1747.
6 iulii.

Gallorum exercitus mittit Janua legato proprio Venetias nuncium de austriacis copiis pedetentim urbem vacuantibus. (I. XI, 131, f. 17 – 18.)

Inc.: „Avevano gli Austriaci imbarcata e nuovamente disbarcata l'artiglieria . . . 6 iulii 1747. **1388.**

Patriarchatus aquil. sublatus — Archiepiscopatus utinens. et goritiensis erecti. (1389—1416.)

1743—1750. Sylloge documentorum ad suppressionem patriarchatus aquil. se referentium, quibus historia eorum absolvitur, quae inter rempubl. venetam, Austriae archiducatum et Benedictum XIV pontificem hoc super negotio obvenerunt.

Causis cuique patentibus, quas hic repetere esset abs re, dimidio saeculo decimoseptimo, ad iura ecclesiastica tuenda, tum quae venetam tum quae partem austriacam dioeces. aquil. spectabant pactum propositum fuerat quadruplex.

1. Alterna Venetorum et Austriacorum patriarchae nominatio.
2. Capitulum ex canonicis venetis et austriacis pari numero ab utraque parte constitutum, quibus vicissim libera patriarchae electio ex eorum gremio concessa.
3. Erectio episcopatus Goritiae, cui urbs Aquileia et reliqua eius dioecesis pars austriaca subiiceretur.
4. Suffraganeus austriacus.

Rebus usque ad dimidium saeculum decimum octavum infectis, fere eadem Benedictus XIV pontifex Venetis proposuit, duobus praesertim insistens: a. nominationi nempe pro interim vicarii apostolici in spiritualibus, qui episcopi titulo dioecesim a parte imperii occuparet; b. erectioni duplicis archiepiscopatus Utini et Goritiae. Pars haec extrema capta. **1389.**

1743.
13 augusti. Maria Theresia mandat archidiaconis austriacis patriarchatus aquil. abstineant a parochis neoelectis sanctae sedi vel nuntiaturae apostolicae Vindobonae praesentandis. (I. VII, 1118, f. 237 260.)

Inc.: „Presentationis respectu ecclesiasticorum beneficiorum dieceseos aquil. ad romanum pontificem . . Grecii, 13 aug. 1743.“

Additae litterae in eam rem Andreae Capello legati veneti, Francisci Venerii legati veneti Romae, Danielis Delphini patriarchae aquil., senatus veneti, cardinalis Valenti. **1390.**

De iure patronatus Aquileiae. (I. VII, 1378, p. 1—22; 1380, p. 1—22; 1798, p. 18—54.)

Inc.: „Fu celebre la città di Aquileia e nella romana repubblica e nel nascer della chiesa . . ." **1391.**

Notitiae patriarchatus aquileiensis. (I. VII, 1378, p. 31—36; 1380, p. 22—27; 1385, n. 10; 1798, p. 55—64.)

Dissertatio incip.: „Dopo l'acquisto fatto dalla repubblica di Venezia del Friuli . . ." **1392.**

De urbe Aquileiae quo tempore Forumiulii Venetis paruit, ac postea. (I. VII, 1378, p. 38—42; 1380, p. 28—32; 1798, p. 10—17.)

Dissertatio incip.: „Li patriarchi sono stati in lungo e pacifico possesso d'un vasto dominio . . ." **1393.**

Jacobi Facciolati, dissertatio historica de patriarchatu aquileiensi. (I. VII, 1380, p. 32—39; 1384, p. 1—9; 1385, n. 1; 1798, p. 65—75.)

Inc.: „Il nome di patriarca per cinque secoli non s'udì in Italia . . ." **1394.**

Eiusdem, de vinculo quo adstringuntur episcopi ad defendenda ecclesiarum suarum iura. Liber unicus ad tuendum patriarcham aquil. evulgatus. (I. VI, 321, p. 5—13; VII, 1378, p. 23—31; 1380, p. 39—43; 1384, p. 9—13; 1385, n. 4, 5; 1798. p. 76—81.)

Synopsis huius libri pars prima inc.: „Indicatis primo loco antiquioribus quibusdam canonum statutis . . ."; pars altera: „Ostenditur omnia in superiori parte huius libelli . . ."

Secundus (opellam Ang. Mar. Quirini tribuit) et quartus codex habent textum latinum et versionem italam, hanc tantum caeteri. **1395.**

Informazione del patriarcato di Aquileia. (I. VII, 1378, p. 43—50; 1380, p. 99—102; 1385, n. 9.)

Dissertatio inc.: „Per le continue controversie e gelosie che passavano tra la repubblica di Venezia e Lodovico duca di Tech . .“ **1396.**

Serie istorica delle cose riguardanti il patriarcato di Aquileia. (I. VII, 1378, p. 54—60; 1380, p. 107—114, 1385, n. 11.)

Tractatio inc.: „Li patriarchi d'Aquileia oltre alla spiritual giurisdizione riconobbero . . .“ **1397.**

Piano del *breve* (a Benedicto XIV propositi) in genere per la fondazione del vicariato apostolico in quella parte di diocesi d'Aquileia, situata *a parte imperii.* (I. VII, 1378, p. 156—169, 212—216; 1380, p. 51—62, 77—82.)

Inc.: „Che uno dei principali disastri che ritrovammo nel principio del nostro pontificato . . .“

Pontifex articulis duodecim innuit necessitatem eligendi vicarium apostolicum dioeces. aquil. *in partibus imperii*, ac reapse vicariatum instituit eiusque partes determinat. Die 17 februarii a. 1749 schema vicariatus erecti pontifex mittit Francisco Foscari, veneto Romae legato, oblatum ut reipublicae venetae communicet. Offeruntur quoque animadversa a Venetis in schema: „In questo piano si torna a far menzione della causa da decidersi . . .“ **1398.**

Orazione a papa Benedetto XIV sopra l'affare di Aquileia. (I. VI, 321, p. 14—40.)

Inc.: „Siccome, beatissimo padre, felicissimi sopra tutti gli uomini si possono chiamar coloro . . .“

Auctor parti venetae, ut et caeteri hucusque allati, indulgens, Benedictum pontificem a concessione vicariatus apostolici aqui-

leiensis Austriacis facienda deterret, momentis sumptis ex Italiae et Romae ipsius tutela, ac praecipue ex vinculis quae pontificem Venetis nectant. **1399.**

Camilli Manetti, dissertatio historico-chronologico-canonica qua iura reipublicae venetae in ecclesiam aquileiensem excutiuntur, ac demonstratur pontifici nullam potestatem datam *brevis* signandi, sine auctoritate patriarchae et reipublicae venetae. (I. VII, 1798, p. 205—245.)

Inc.: „Non può negarsi che la chiesa d'Aquileia non sia stata sin da primi secoli considerata per una delle più celebri . ." **1400.**

Dissertatiuncula qua auctor anonymus evincendum aggreditur a. nullum ius pontifici inesse patriarcham aquil. vel particula suae potestatis expoliandi; b. minime necessariam vicarii apostolici institutionem pro dioecesi aquil., qua parte Austriam spectat. (I. XI, 156, f. 347—350.)

Inc.: „La potestà delle chiavi fu dal divin redentore a tutti gli apostoli comunicata, per poi passare ne' vescovi . . ." **1401.**

1749. 9 iunii. *Daniel* cardinalis *Delphinus* patriarcha aquil. Benedicto XIV, in institutionem ab eo propositam vicarii apostolici in dioecesi aquileiensi *a parte imperii*. (I. VII, 1378, p. 121—126; 1380, p. 83—88.)

Inc.: „Ad insinuazione di vostra santità mi è stato comunicato dall'ecc. senato il piano su cui intende la santità vostra . . 9 giugno 1749." **1402.**

30 augusti. Benedictus XIV Danieli Delphino respondet, necessitati insistens vicarium apostolicum in dioecesi aquil., *qua parte spectat imperium*, instituendi. (I. VII, 1378, p. 127—136; 1380, p. 88—96.)

Inc.: „Per le mani di mons. Furietti abbiamo ricevuta una sua lettera dei 9 giugno, che ci fu però presentata nel giorno 18 . . . Roma, 30 agosto 1749. **1403.**

1749.
1 decembris.

Eiusdem allocutio habita ad cardinales in consistorio semipublico de vicario apostolico in dioecesi aquil., *qua parte ad imperium spectat.* (I. VII, 1378, p. 137—144; 1380, p. 43—47; 1384, p. 14—18; 1385, n. 3, 8; 1798, p. 173—179.)

Inc.: „Postquam initio huius consistorii verba fecimus de proxima anni sancti celebritate . . . Rome, 1 dec. 1749."

Textus latinus inest codici primo; versio quae incipit: „Avendo nel principio di questo concistoro parlato della prossima festività . . ." in caeteris: latinum editum leges in 'Benedicti XIV bullarium', tom. III, p. 549—552. **1404.**

4 decembris.

Eiusdem *breve*, cum versione itala, quo decernit vicarium apostolicum in ea parte dioeces. aquil., quae *temporali* austriacae domus ditioni subest, esse instituendum. (L. IX, 128, f. 135—138; I. VII, 1378, p. 145—152; 1380, p. 47—51; 1384, p. 18—22; 1385, n. 2; 1798, p. 1—8.)

Inc.: „Omnium ecclesiarum sollicitudinem una cum apostolica . . . Rome, 4 dec. 1749."

Extat textus latinus in 'Bened. XIV bullarium', tom. III, p. 546—549. **1405.**

1507.

Antonii canonici *de Montagnaco*, expositio duplex senatui veneto exhibita in erectionem vicariatus apostolici a pontifice propositam. (I. VII, 1378, p. 217—231; 1380, p. 63—81.)

Inc.: „Non può negarsi che la santità del sommo pontefice non abbia proceduto con maniera alquanto acerba . . ."; appendix vero: „Mi comandano vostre eccellenze ch'io dilucidi un dubbio che nasce sopra quanto nella mia scrittura . . ." **1406.**

1750.

Angelus Maria cardin. *Quirinus* offert pontifici protestationem a cardin. Daniele Delphino patriarcha aquil. factam, qua

in electionem vicarii apostol. dioeces. aquil. *in parte imperii*, privilegiis episcopalibus ei attributis, insurgit. (I. VII, 1378, p. 170—185; 1380, p. 96—98, 115—123; 1384, p. 22—56; 1798, p. 180—195.)

Inc.: „Nihil mirabitur, sanctitas tua, ut spero, si per commissum manibus meis . . .“; protestatio vero patr.: „Parendo ormai risoluta e ferma la santità vostra . .“ Udine, 24 marzo 1750.“

Plures in eamdem rem extant in codice epistolae eiusdem Quirini, cardinalium Sancti Clementis et Valenti, mensibus martio, aprili et maio, 1750. **1407.**

1750.
6 iunii.

Senatus venetus pontifici indulget vicarii apostol. dioeces. aquil. in ditione austriaca nominationem, dummodo aliquot tantum cardinalium suffragio probetur, ac patriarchae aquil. et reipubl. venetae dignitati nullo modo adversetur. (I. VII, 1378, p. 186—188; 1384, f. 33—36; 1798, p. 113—136; XI, 156, f. 275—276.)

Inc.: „Con quella stessa fiducia con la quale i maggiori nostri si rivolsero . . . Venezia, 6 giugno 1750.“ **1408.**

16 iunii.

Pontifex grates agit senatui veneto quod institutionem vicarii apostolici dioeces. aquil. *in parte imperii* indulserit, additque ut, rei maturius perpendendae, negotium commissioni decem cardinalium agitandum tradatur. (I. VII, 1378, p. 188—192; 1380, p. 126—130; 1385, n. 7; 1798, p. 88—95.)

Inc.: „In questo luogo ove ci troviamo per prendere un poco d'aria . . . Ex arce Castri Gandulphi, 16 iunii 1750.“

Edita est in ephemeridibus *l'Istria*. Trieste, 1850, n. 28. **1409.**

Epistola sine nomine, qua animadversum in pontificis responsum. (I. VII, 1378, p. 101—120.)

Inc.: „Non può nè deve trattenersi l'impeto del mio zelo . .“ **1410.**

1750.
27 iunii.

Benedictus XIV instituit vicarium apostolicum *in parte imperii* patriarchatus aquil., Carolum de Attimis, canonicum et thesaurarium ecclesiae basileensis. (I. VII, 1378, p. 195—216; 1380, p. 130—138; 1798, p. 117—133.)

Inc.: „Postquam per alias nostras apostolicas litteras die 29 novembris anni proxime praeteriti . . Rome, 27 iunii 1750"; versio autem: „Avendo noi con altra nostra apostolica lettera spedita in forma di *breve* . . ."

Latinam (quae primo tantum codice inest) habet 'bullarium Benedicti XIV', tom. III, p. 552—559. **1411.**

8 iulii

Senatus venetus, per Andream Capello, suum Romae legatum, contestando denuntiat pontifici irrita esse ac *nullius valoris* eius *brevia* institutionem vicarii apostol. dioeces. aquil. *a parte imperii*, et nominationem ad id muneris Caroli de Attimis, quod eius patronatus iura violentur. (I. VII, 1378, p. 232—239; 1380, p. 139—144.)

Inc.: „La sereniss. repubblica di Venezia, in cui ereditaria non men che la pietà la costanza . . . Venezia, 8 luglio 1750."

Adduntur quae ad rem se referunt, a die 8 iulii ad 15 augusti. **1412.**

m. sept. et dec.

Josephi Pujati medici feltrensis, dissertatio trina super controversiis anno 1750 de patriarchatu aquil. suscitatis, instar epistolae Laurentio quond. Dominici Molino, data mensibus septembri et decembri 1750. (I. VII, 1378, p. 61—100.)

Prima incip.: „Perchè io son della patria del Friuli, vostra eccell. mi vuole informato delle cose di quella provincia . . ."; altera: „Li ho promesso qualche cosa di più nell' umilissima mia dei 28 settembre decorso . ."; tertia sic inscripta: *Se il sommo pontefice abbia il diritto di smembar una diocesi contro il voler e consenso del suo ordinario, e se abbia potuto, senza offender la giustizia, smembrar quella d'Aquileia, col mettervi un vescovo col titolo di vicario apostolico, che faccia le veci*

dell'ordinario nella parte austriaca: „La questione proposta non è tanto difficile a trattarsi quanto ell' è delicata . . ." **1413.**

Epigrammata itala, pleraque scommatis, in pontificem, nuncium apostolicum Venetiis pulsum ac Mariam Theresiam imperatricem, ob innovationes aquileienses. (I. VII, 1378, p. 255—262; 1380, p. 158—160; 1798, p. 196—202.) **1414.**

1751.
6 iulii.

Benedictus XIV pontifex, bulla data, supprimit in perpetuum patriarchatum aquil. ac binos erigit archiepiscopatus *utinensem* et *goritiensem*. (I. VII, 1378, p. 240—254; 1380, p. 144—155; 1798, p. 145—172.)

Inc.: „Iniuncta nobis a supremo pastorum principe, cuius vices in terris . . . Rome, 6 iulii 1751."

Edita seorsim Romae, ann. 1751 ut et in 'Benedicti XIV bullarium', tom. III, p. 394—404. **1415.**

Joannis Bernardi Mariae de Rubeis, spropositi d'un discorso istorico-cronologico, con cui si prova il buon diritto dell'imperatore sul patriarcato di Aquileia. (L. XIV, 150, f. 109—112.)

Pericopis quadraginta tribus evincit auctor imperatori nullum fuisse in patriarchatum aquileiensem ius. **1416.**

1753.
17 februarii.

Maria Theresia imperatrix, diplomate Vindobonae dato die 17 febr. 1753, confirmat privilegia capituli Civitatis Austriae, *sibi iam inde a quinque seculis et amplius diversis temporibus concessa*. (L. IX, 128, f. 389—390.) **1417.**

30 aprilis.

Joannis Antonii Turinetti marchionis *de Priè*, legati caesarei apud Venetos, officium in senatu antequam munus aggrederetur. (I. XI, 155, n. 3.)

Inc.: „La sacra cesarea reale maestà di Francesco I . . e la sacra . . . di Maria Teresa . . . mi hanno imposto di rinnovare . . 30 aprile 1753."

Additum responsum sine nomine, incip.: „La pienezza dell'espression nelle credenziali della maestà cesarea . . ." **1418.**

1753.
29 septembris.

Maria Theresia confirmat electionem factam a capitulo Civitatis Austriae proprii canonici Josephi Mariae Moroni in provicarium aliquot ecclesiarum dioeces. goritiensis. (L. IX, 128, f. 391.)

Inc.: „Nos accepta vestra tertia finientis humillima notificatione, eo clementissime . . . Vindobone, 29 septembris 1753. **1419.**

1754.
18 ianuarii.

Carolus Michael Attemps archiep. goritiensis, Josephum Mariam Moroni, canonicum civitatensem assumit delegatum pro districtibus tulminensi, ampletiensi et idriensi. (L. IX, 128, f. 392—393.)

Inc.: „Attenta electione per rev. capitulum collegiate civitatensis predicte . . . Goritie, 18 ianuarii 1754.“ **1420.**

1755.

Acta Venetiis quo tempore Clemens Augustus I dux Bavariae, archiepiscopus coloniens. et elector imperii, basilice exceptus est. (I. VII, 692.)

Elector, demortui caesaris Caroli VII frater, supposito nomine comitis de Werth, die 29 aug. a. 1755 Venetias accedens, die 4 septembris adventum nunciavit senatui. Ad eum illico missi equites Antonius Diedo et Andreas Tronus, qui verba officiosa significarent et donum ducatorum aureorum mille ducentorum offerreut. Urbis visitationi comites dati Franciscus Foscari, Bernardus Nani, Aloysius Emo, Marcus Antonius Grimanus, quos singulatim elector, iter ad lauretanam domum die 12 septembris aggressus, anulo aurea pyxide incluso donavit. Idem, Roma 31 octobris eius anni redux, die undecima insequentis novembris abiit.

Codicillo membranaceo quadraginta foliorum Bernardus Nani adventus narrationem, et senatus ea de re dedit decreta. Ludi publici, coena splendidior in Judaica insula oblata, musica modulamina in hospitiis *Mendicantium* et *Incurabilium* (unumquodque centum ducatorum auri dono elector recreavit), nocturni concentus, conventuum familiarum pompae, turbae personatae,

theatrum, choreae. Inest codici epistola electoris 9 iulii a. 1756 gallice data Bonnae quatuor deputatis, quibus viritim mittit imaginem propriam adamantibus ornatam. **1421.**

1756. Relation de la campagne 1756, tant en Boheme, qu'en Silesie, et qu'en Saxe. (I. XI, 156, f. 267—273.)

Inc.: „Depuis que le roi vit par la conduite de la cour de Vienne, qu'elle vouloit la guerre . . .“

Auctor natione borussus totus in eo est ut diuturni belli pericula oratione amplificet ac militari suae nationis gloriae lumen affundat. **1422.**

1765. Politica investigatio turbarum quibus Romae nuncius electionis Josephi II imperatoris mense septembri anni 1765 occasionem praebuit. (I. VII, 917, f. 287—302.)

Inc.: „La nuova dell'elezione dell' imperatore risvegliò nei popoli di Roma un subitaneo ed universale sentimento di allegrezza . . .“

Cum quidam ex legatione hispanica populum gestientem et acclamantem dolo interciperent, armis quoque et fustibus contra inermem adhibitis, auctor in eius actus saevitiem invehit ac iniuriae gravitatem caesari et pontifici illatae notat. **1423.**

1769. Relatio quam propriae ad Mariam Theresiam legationis Paulus Rainerius senatui veneto offert. (I. VII, 1866, f. 2—9.)

Inc.: „Se io fossi quel primo fra i cittadini che avessi avuto il grande onore di servire vostra serenità in Vienna . . .“

Ubi auctor dominium austriacum ab annis 35 imminutum pace aquisgranensi quievisse asseruit, imperatricem laudibus effert quod privilegia abrogaverit; libertatem subditis concesserit; tributa, re prospere succedente, auxerit; commercio faverit; summis impendiis portum Tergesti refecerit; exercitum, Daun demortuo, codice militari impresso reque tormentaria aucta, innovaverit; pulcherrimarum artium studia promoverit; Hungariam et Tran-

sylvaniam arctioribus vinculis sibi devinxerit. Quaedam de politicis cum Turcis, Gallia, Italia vinculis. **1424.**

1769—1771. Documenta quamplura seu manuscripta seu typis impressa, quae Alemannos, mercaturam Venetiis, in aedificio *fontego dei Tedeschi* appellato, facientes attinent. (I. VII, 1849.)

Cum dimidio saeculo decimo octavo alemanni negotiatores Venetiis beneficia aliquot in vectigalibus solvendis sibi surripuissent, quod commercium cum Germania imminutum querentur, senatus in rem iubet inquiri, ac antiqua portoria restitui. Negotio expediendo conferunt documenta sexcenta ab anno 1268 ad 1771 in codice allata: iis insunt: a. Statuta et capitularia eius domus ex saeculo decimotertio; — b. Series mercatorum alemannorum ex saeculis decimoseptimo et decimo octavo; — c. Eorum supplicationes; — d. Mercium elenchi; — e. Litterae ducales, scripturae, decreta et ordinationes variae de eadem materia. Nemo est qui apprime non videat quantum ad commercii alemannici historiam haec omnia conferant. **1425.**

1769—1774. Gradonici Bartholomaei ad aulam imperialem legati veneti epistolae centum triginta duci Venetiarum Vindobona, Schoenbrunnio, Aquis Pannonicis (Baden) datae tempore legationis, nempe annis 1769—1774. (I. VII, 1866, f. 15—492.)

Praeeunt epistolarum regesta duo, f. 15—34. Adduntur documenta plura quae vocant *inserta*, super finibus Dalmatiae; Morlacca flumine. Ea scriptis excutiunt Andreas Tronus, camerae confinium vigil; Antonius Rainerius, provisor generalis Dalmatiae; Bartolus et Sabadinus, consultores in iure; Antonius Marcovich, Doroteus Alemani, Moserus de Felseck, f. 229—486. **1426.**

1774—1777. Epistolarum commercium inter senatum venetum et Aloysium Contarenum, legatum ordinarium ad caesarem, Bartholomaeo Gradonico suffectum annis 1774—1777. (I. VII, 1076—1078.)

Codice 1077 veneti senatus rescripta oratori, numero bis centum quadraginta tria, continentur a 1 octobr. 1774 ad 27 sept.

1777. Millesimus septuagesimus sextus habet Contarini ad eum epistolas (dispacci) centum octoginta tres a Vindobona et Schoenbrunnio datas. Quae a die 27 septembris 1774 ad 4 octobris 1777 potissimum pertractantur argumenta, ea sunt quae ad confinia Bergomi, Brixiae, Veronae, Cremae, Vicentiae, Feltris, Belluni cum ducatu mediolanensi et Tyroli; Foriiulii et Histriae cum Carinthia, Carnia, Goritia, Tergesto; Dalmatiae cum Hungaria et Croatia, quae praesertim assidua Morlacchorum cum Licca dissidia spectant. His quasi appendix cohaerent quae ad propositam permutationem partium dioeceseos Tergesti, Polae, Parentii; oryzae plantationem prope Ostiliam; flumina Tartarum, Castagnarum, Athesim; portus Gradi, Aquileiae, Fluminis, Portorè, Bucari; vias Engadinae et Carsi; tabellariorum et veredorum mansiones attinent. Nec minoris momenti sunt quae monet de commercio maritimo, quod augendum, in reipublicae damnum, Austriae archiducatus insumpserat, studiis in Tergesti portum decretis; Danubii navigatione quaque versus promota; consilio, graecorum mercatorum colonias in Aquileiam, Tergestum, Goritiam deducendi ac commercii in India habendi stationes. Praestat quod refert orator Vindobonae captum de codice criminali emendando ac de quaestione abolenda, festorum dierum imminutione Austriae a pontifice concessa, quod senatui exemplo proponit. In equitum ordinem a Maria Theresia cooptatus, eam dignitatem sibi confirmari a senatu deposcit.

Codice 1078 eorum documentorum quae *inserta* seu *promemoriae* vocantur, exempla includuntur; epistolae *Caroli* comitis *de Firmian* gubernatoris Mediolani, *M. Cristani de Rall* commissarii imperialis, liberi baronis *Montani*, comitis *Aspremont* chiliarchae Licchae, oratorum venetorum Romae et Mediolani, provisoris generalis Dalmatiae et Albaniae, deputatorum ad confinia ec.; ut et senatus veneti epistolae praefectis et praetoribus provinciarum, baiulo Constantinopoleos, consuli Tergesti, legato caesareo Venetiis, classis russicae duci Spiritoff, provisori Zacynthi. In insertis locum, rei pertractatae momento, principem tenent iudicia argumentis probata de ratione nemorum et

aquarum decursibus; syllabus legatorum exterorum quibus vel torques ex auro cum numismatibus, vel argentea supellex douo datae sunt ab anno 1736 ad a. 1776 (p. 203—208); pactum conventum (latine cum versione itala et appendicibus, p. 151—169, 236—238, 280—282) inter Jacobum Gradonicum provisorem generalem Dalmatiae et Franciscum comitem Aspremont Liccanorum chiliarcham die 24 octobris 1776 Novigradi, super pascuorum quaestionibus ad confinia Morlacchae. **1427.**

1781.
18 aprilis.

Josephus II imperator decernit seminarium brunnense suae et episcoporum brunnensis ac olomucensis tutelae commendari, ut ab iniustis accusationibus expurgetur. (I. XI, 153, n. 1.)

Exemplum inc.: „Io dichiaro in questo rigore di questo innocente il seminario vescovile di Brunn . . . Vienna, 18 aprile 1781.“ **1428.**



10002255

10002255

INDICES.

10002255

I.

Index personarum.

A.

Abrunculus s. episc. trev. 384
Absberg de Henricus v. Henricus
Acatius s. 857
- nuntius apostol. 749
Accoltis de Petrus cardin. 608
Accursius orator gallus 577
Acil langobardus 415
Acilius episc. tarvis. 410
Adalbertus dux Carinthiae 406
Adam de Rotwil typ. ven. 370
- - Ambergau 370
Adelaide coniux Othon. II 394—398
Adelbertus episc. trevir. 384
Adilber civitatensis 418
Ado romanus, vicedominus 418
Adornus Hieron. medicus 708
- Januae praefectus 767
Advocatis de Matth. iurisc. 709
Aegidius episc. chiemensis 696
- - laudensis 454
Aemilia f. Henrici Saxoniae 704
Aenobardus dux 770
Agnellis de Ludovic. orat. 527—528
Agnello Joannes orator 710
Agnes uxor Henrici III 409
Agricius s. episc. trevir. 384
Agricola Leonardus notar. 710
Aimus Benedict. potestas 579
Aius comes 387—389
Alarco dux 770
Alberius Eugenius 367 369 726
Albericus notarius 419
- de Rosate 375 817
Albertus archiep. mogunt. 626
- brandeburgensis 524
- cardin. legatus 704
- comes Goriciae 451 462
- dux Austriae 276 453—454 463 466 475 479
- - Bavariae 567
- f. regis Poloniae 549
- episc. magdeburg. 620
- - praenestinus 412
- - tridentinus 430 476
- marchio brandeburg. 511
- rex Poloniae 573
- de Stendal typ. ven. 370
Alborghetti de Carolina 779 785
Aldigherius Dantes. Oratio 455—456
Aldobrandinus Hippol. cardin. 792
Aldringher Jo. Bapt. 830
Aleander Hieron. archiepisc. brundusinus 646 692 723
Alemani Doroteus 889
Alemannus Joannes 652
Alemberg Josephus 678
Alençonio de Philipp. v. Philipp.
Alexander Magnus 811
- dux Massoviae 371 495—496
- papa II 410
- - III 420—428 576 821
- - V 481
- - VI 550 553 563 567 576 579
- - VII 848
- - VIII 854
- rex Scotiae 442
Alexandrinus Petrus 709
Alexievich Petrus autocr. 859
Alexius de Siregno episc. 490
Allatius Joannes 502
- Leo. Bibl. heidelb. 827
Alliaco de Petrus v. Petrus
Aloysius dux aurelianensis 487
- de Valasco, praef. 823
Alphonsus rex Aragoniae 487 516
- II dux Ferrariae 783
Altanus Blanchinus 779
- Hieronymus 779—780
Alterfer Georg. episc. chiemensis 552
Altosano de Ulricus v. Ulricus
Alvarotis de Petrus. Oratio 478
Alvesperch de Herberdus v. Herb.
Alvianus Bartholom. 591 598 613 617
Alzuberta goritiensis 456
Amadi Stephanus 687
Amaltheus Paulus 560
Amatus II episc. salernit. 405
Ambergau de Adam v. Adam
Ambrosius Joann. novar. 711
Amicus capellanus 418
Ammalarius episc. trevir. 697
Andreades Petrus tribunus 398
Andreas episc. laudensis 396
- nuncius 477
- de Pisis, magister 479
- rex Hungariae 440 444—445
Andreinus nuncius 396
Andronicus Tranquillus 678
Anguissola Joannes 752
Angelus 389
Aniello Thomas rebellis 837
Anna archidux Austriae 706 708
- Maria archidux Austr. 377
- regina Hungariae 580—582

Anna Victoria sabauda 871
Anno archiep. coloniens. 410
Antelmi Valerius a secretis 794
Antonius de Canano 498
- de Curtarodulo notarius 457
- episc. nitriensis 563
- ordinis minorum 433
- patr. aquil. 478 481
- Uldaricus brunsvic. 851
Arcelli Philippus 493
Archoloneani Gregorius 492
Arcimboldus Nicolaus 580
Ardec comes 794
Ardinghellus Nicolaus 731—732
Aretinus Angelus 817
- Leonardus 381
Ariadenus dux 770
Arisius Francisc. cremon. 764 774
Arnaldus episc. aret. 409
Aroldi-Torresini-Erizzo 776
Arrigo v. Henricus
Arrusius abbas Rosacii 418
Articus de Tercento 483
Artuicus de Porcilleis 451
Aspremont d' Francisc. 889
- - Montanus 890
Asquinis de Bertrandus 614
Astensis Ludovicus 503
Astulphus rex Langobard. 383
Attemps Carolus 885 887
- Hieronymus 709
Attila in Foroiulii 371
Auersperg de Joannes v. Joannes
- ab Vichardus 836 845
Augustinus miles 473
Auria de Andreas classis praef. 657 726 767
Aurius Laurentius orator 636
Austria de Joannes 779-780 783-784
- Georgius episc. 731
Avaux d' 839
Avogadro Matthaeus 708 713
- Petrus brixiens. 496
Ayalos de Ferd. marchio 742
Aylinus Joannes notar. 469
Azelo comes cenetensis 400
Azon de Castelon 415
Azzo abbas mosacensis 443

B.

Babo s. episc. trevir. 384
Bacrig Paulus 686
Badia Thomas praelatus 723
Baduarius Frideric. orator 368—369 761
- Joannes orat. 578 582—583
- nobilis, tribunus 398
Bagarotto Bertuccius doct. 553
Baiazet imper. Turcar. 543
Balbus Franciscus 817
Baldus 817
Balthasar de Piscia 526
- - Spinulis 474
Balve Joann. cardin. 545 547
Banducchi di Acre soldanus 443
Banisius Jacob. trident. 580 633 677
Barbadicus Augustin. dux Venet. 553—555 561—565 570 572 575—577
- Gregorius 842
- Marcus 700
- Petrus provisor. 815
Barbara archid. Austr. 377
- vidua Henrici Siles 524
Barbarossa Hadriaden. 707 711
- Frideric. imp. 420—431
Barbarus Francisc. patr. aquil. 507 793 796—797 509
- M. Anton. procur. 788
- Zacharias capit. Ver. 523
Barbarina saltatrix 877
Barbo Marcus patr. aquil. 520
Bardus 816
Baronius Caesar 421 424—425 816
Bartholinis de Marianus 582
Bartholom. archiep. vesprim. 445
- de Placentia 536
- - Spegnemberg 460
Bartolini Joann. Dominic. 860
Bartolinus Riccardus 772 774
Bartolus consult. iuris 817 889
Barzizius Gasparinus 481
Baschet Armandus 367
Basileus Nicolaus 709
Basilius Andreas captivus 605
- princ. Moscov. 615
Basilla tergestina 550
Basta Georgius 793
Bathori Sigismund. 792 793 795
- Stephanus rex 548 789—790
Baudinus Francisc. orat. 541
Baumgarten 827
Baverius 832
Beachinus de Porcilleis 464
Beatrix regina Hungar. 522 553
- matertera Henrici Carinth. 460
- uxor Othonis IV 436
Beatus episc. trevirensis 384
Beccaria a Joann. Maria 580
Becmannus Joann. Christ. 862
Bedmar de orator 810
Beitachinus Joannes 817
Bela rex Hungar. 428 441 445 447
Belegnus Justus Anton. 809
Beliardus Alexand. comes 850—851
Bella Aloysius 648
Bellonus Antonius notar. 619 710
Bellunellus pictor 534
Bellus de Lisca 468
Bendo 746
Benedictus s. 404 418
- de s. Joanne 869
- episc. adriens. 409
- - aquensis 397
- papa VII 461
- - VIII 405
- - XII 462
- - XIII 487
- - XIV 879 881—886
Benevolentibus de Leonard. 514
Benfredus advocatus 408
Beno episc. concord. 399
Bensperg Jacobus mercator 869
Bentivolus Joannes 580
Berengarius imper. 393—394
Berger de Joann. Aug. 817
Bergonzi Marcus parmens. 776
Berlichingen de Marcus v. Marcus
Bernabos dux Mediol. 470
Bernardus advocatus 418
- dux Carinthiae 443
- vinariensis 832
Berta uxor Henrici IV 410
Bertazzuolo Angelus 874
Bertenstein de domin. 870
Bertholdus de Andechs patr. Aquil. 371 441 443—445 449 451
- Franciscus 594
- de Ragonea 461
- - Spegnembergo 468—469
- - Vahingen episc. frisingensis 478—481
Bertrandus patr. aquil. 460 463
Bessario cardinalis 518
Bethlem Gabor princeps 823 829
Bethmann L. C. 417
Bianchi Andreas presb. 736
- Vendraminus 867
Bibisen Simeon vormat. 645
Bibra Joannes
- Laurent. episc. herbipolens. 670
- Willelmus 541
Bilon Wenceslaus decanus 466
Birkner Adam 370

Bisaccioni Maiolinus 831
Bladumgo Hieron. 709
Blanco Carolus notar. 705
Blancus Hermolaus 454
Blotius Hugo 798
Bock Hieronymus 378
Böhmerus. Regesta 371
Bohuslaus episc. olomuc. 515
Boianus Venceslaus 601
Bolanus Dominicus 579
Bolchia Dumnus moscus 858
Bon Aloysius 622—623
Bonacursius potest. Pisar. 399
Bonaventura canonizandus 522
- de Langavalle 823 841
Bondimier Alexander 806
Bondus abbas s. Galli 476
Bonelli Julius doctor 776
Bonifacinus de Curtarodulo 457
Bonifacius de Calabria 478
- episcopus 385
- papa VII 427
Bonincontrus mantuanus 422
Bonomo Leonard. dec. terg. 638
- Petrus episc. terg. 580 641 —642 692 694
Bontempo Hieron. 668 670
Bonus Andreas abbas 384 455
Bonzagnus Jo. Bapt. 661 664
Borbonius Carolus 660—661
Borgius Hieronym. 591
Borgo Petrus Baptista 817
Borpoldus episc. parensis 418
Borromaeus Carolus cardinal. 739 741—742 744—746
Bosco Aegidius 817
